

## Werk

**Titel:** Thesaurus Iuris Executivi Rutgeri Rulant, Icti. Quadripartitus

**Untertitel:** Quarum Pars Prima exhibet usum verum executivum, mediante Brachio Eccles lastico, Seculari, Regio, Et Militari, Eorumque imploratione. Secunda, exactam praecipuarum Rerum Civilium tractationem ... Tertia, perfectam manuductionem Executioni Rerum Criminalium inservientem. Quarta, Decem Classes Relationum, Actorum ac Votorum Cameralium praedictis materiis accommodatarum ... Atque Ita His Quatuor Partibus, Non Solum Executionis Materia fructuosissima continentur, sed & diversae per totum ius privatum dispersae materiae videlicet ...

**Verlag:** Author; Weissius

**Ort:** Francofurti ad Moenum; Francofurti ad Moenum

**Jahr:** 1624

**Kollektion:** VD17-Mainstream

**Digitalisiert:** Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen

**Werk Id:** PPN755514025

**PURL:** <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN755514025>

**OPAC:** <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=755514025>

**LOG Id:** LOG\_0034

**LOG Titel:** Cap. CCCXXI. - Cap. CCCXXX.

**LOG Typ:** chapter

## Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

## Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen  
Georg-August-Universität Göttingen  
Platz der Göttinger Sieben 1  
37073 Göttingen  
Germany  
Email: [gdz@sub.uni-goettingen.de](mailto:gdz@sub.uni-goettingen.de)

Et Alex. int. sciendum, col. 10. versic. & certe videtur ff. de verb. oblig. & Calcan. quid late comprobat, in consil. 25. Titius nobilis, colum. 15. versicu. Non obstat, quod dicitur. cum multis sequentibus. & Socinus in consil. 103. in casu conventionis, colum. 2. versicul. adde quod dictum est. C. de transactio. & Steph. Bertran. in consil. 361. viso consultationis themate, in prin. vol. 1. item Aymon Crau. in consilio 192. num. 6. inquiens, iuramentum ad ius ignoratum non extendi. c. breui. & ibi notatur, extra de iure iuruan. & inquit, quod ignorans factum iuramento non ligatur, ut late ibidem prosequitur Crauet. Item Paris. in consil. 12. num. 89. & 91. vol. 2. vbi pariter inquit iuramentum ad incognita non extendi & ignorata, ut voluit etiam Benedict. Capra in consil. 29. col. 4. & subdit non obtare, si dicatur iuramentum vim expressi non habere, quia stante facti errore & ignorantia, vim casus expressi habere non potest, ut ibidem latius per eum. Item quod iuramentum facti ignorantiam non suppleat, tradit iterum Paris. in d. consil. 20. numero 112. volum. 1. pere ea, qua tradit Castren. in consil. 70. colum fin. versic. quarto loco. & Decius in consil. 351. in casu. num. 8. & in consil. 180. in fine. & Socin. in consil. 214. col. 7. versic. postremo, volum. 2. & in consil. 103. colum. 2. & 3. volum. 3. & Gratian. in consil. 7. numero 9. vol. 2. inquiens, iuriurandum dispositionem ultra consensum iurantis non ampliare. & ideo vult quod quando iuramentum vim expressi haberet, ut supra dictum est: id tamen in iis locum non habet, quæ à iurantibus cogitata nō præsumuntur, ut late tradit Ias. in d. l. si mihi & tibi. ff. de legat. & in l. sanctius, col. 2. C. de testam. & in l. sed & si quis. §. quasitum. ff. si quis cautio. Præterea etiam quod iuramentum non extendatur ad ea, quæ verosimiliter cogitata non sint, & tradit Gozad. in consilio 32. numero 5. & Federic. de Senis in consilio 199. numero 2. inquit, neminem iurando ei renunciate credendum esse, quod ignorabat: & ideo inquit, nisi probetur certificatio, præsumendam non esse, cum sit solemnitas extrinseca, quæ nisi probetur, non præsumitur. l. quecunque. §. fin. ff. de public. & iterum Federic. de Senis in consilio 62. numero 2. inquit, iuramentum generale ad casum non cogitatum, & minus verisimilem non extendi. c. veniens, vbi gloss. 2. extra de iure iuruan. & Roman. in consilio 269. num. 2. Et ideo infert ibidem, non tollere beneficium l. si vñquam. & C. de reuoc. donat. Præterea quod iuramentum non efficiat, vt ea quæ aguntur ad incognita trahantur, tradit Thom. Gramma. in consilio ciuili 25. numero 7. vbi etiam dicit iuramentum ad illud non trahi, de quo quis verosimiliter tempore præstandi iuramenti non cogitauit, & id confirmavit etiam Socin. Iun. in d. consil. 25. num. 13. volum. 4. Item quod iuramentum non trahatur ad incognita, tradit etiam Alex. in consil. 14. nu. 21. vol. 6. & inquit hanc conclusionem procedere, quando in specie cogitatum nō est, nec etiam in genere: at secus esse si saltem generaliter cogitatum sit, per tex. in d. l. sub praetextu, la. 2. & quod ibi notant Doct. C. de transactio. & Alex. etiam in loco paulo ante relato infert ad iurantem superfacto, quod scilicet super omni iure iurare videatur, quod ab eo facto descendit, cum ius ex facto oriatur. l. expagis. §. in clivo. ff. ad l. Aquil. & l. Dominicus Labeo. ff. de testam. & l. responsum. C. de transact. & sape ex modica factum mutatione totum ius mutatur l. si. ff. de excusa. tuto. & l. hoc legatum. & l. fin. ff. de leg. & l. si in emptione, & l. cum ab eo, & l. qui fundum, in

princ. ff. de contrahen. emptio. & quod videatur iūrare super omni iure ab eo facto descendente, est text. in l. duobus. §. si quis iurauerit. ff. de iure iur. & tenent Bar. Angel. Raphael. & Rom. in l. sciendum. ff. de verb. obligat. & iterum Bar. Fulg. & Paul. Castrren. in l. si duo patroni. §. item Julianus. ff. de iure iur. per illum tex. & rursus Bar. & Angel. & Castrren. in authen. sacramenta puberum. C. si aduers. venditio. & Archidiac. & Ioan. And. in cap. 2. de pact. in 6. & resert & sequitur Bal. in l. 10. in fine. C. de reb. credit. & Ang. in l. 2. C. de rescind. vendit. & in l. qui iure militari. ff. de testam. milit. & Butrius in c. si diligen. ti. de soro competen. colum. 6. vers. fallit primo. & Paulus Castrren. in l. fin. §. fin. ff. ad Senatus cons. Velleia. & optim. facit tex. in c. ex rescripto, extra de iure iurand. Item Curt. Sen. in consil. 3. num. 3. pariter dicit, iuramentum nunquam ad incognita extendi, aut trahi: & idem dixit Calla. in consil. 385. n. 2. & August. Beouis in c. 1. nu. 91. extra de in integr. restit. vbi expresse dixit, iuramentum ad incognita non extendi, nec ad ea in quibus iurans non consensit. Item hanc conclusionem sequitur Cephal. in consil. 198. nu. 7. vol. 2. & iterum Alex. in repudianda. num. 5. ff. de acquir. bared. per text. in l. fin. ff. quod quisq. iur. & Afflit. super 3. lib. feudo. in c. vni. co. num. 12. in tit. de vasal. qui contra constit. Lothar. Im. pera. feud. alien.

## C A P. CCCXXI.

A R G U M E N T U M.

Iuramentum an restringatur ob verisimilitudinem.

## S V M M A R I A.

- 1 Iuramentum non obligat, quando continet non verosimilia.
- 2 Iuramentum generale non comprehendit casum non cogitatum.
- 3 Periculum omne in se suscipiens cum iuramento, non dicitur suscipere casum fortuitum.
- 4 Errantibus nulla voluntas.

P Ræsuppositam materiam prosequendo & addendum est, iuramentum seruari non debere, nec opus esse, quando minus verosimilia continet, ut dicit Aymon Crauet. in tract. de antiquit. tempor. in 1. parte. nu. 218 pere ea quæ voluit Soc. Sen. in consil. 194. col. 1. versic. tertia eatio est, volum. 2. vbi refert inter alia gloss. in cap. nulli, in verbo, verosimiliter, de elect. libro 6. & Horatius Lucius in consil. 163. num. 25. in 1. volum. consilio criminis. diuers. vbi inquit iuramentum non extendi, nec trahi ad ea, de quibus verosimiliter iurans non disposuit et, si expressum esset, vt est optimus tex. in cap. cum iuramento, & ibi tradit gloss. extra de homicid. cum multis aliis, quos refert Tiraquell in l. si vñquam, in prefatio, numero 171. cum precedent. & sequen. & id sane generale est, vt quantumcumque generalis dispositio sit, ad ea non trahatur, de quibus specialiter verosimiliter dispositurus non erat. l. obligatione. ff. de pigno. Dixitque Angel. in consil. 249. col. pen. nullam ita generalem dispositiōnem, quæ ad non verosimilia trahi debeat: Quælibet enim intelligi & restringi debet ex bono & a quo, vt tradit Paul. Castrren. in consil. 342. column. 3. volum. 1. & in consil. 385. si cuiusdam. & Panorm. in dicto cap. veniens, column. 3. versicul. secundo membro, extra de iure iurand. vbi etiam est optimus text. & tradit etiam

etiam Agidi. Bellamera in consil. 17. contrahens matrimonium, colum. 3. versic. item iuramentum. & Alber. Brun. in consil. 82. super difficultate, colum. fin. Idque generale est, ut quaelibet quantumuis generalis dispositio sit, ad ea non extedatur, de quibus verosimiliter non fuisset specialiter dispositurus, l. obligatio ne, ff. de pigno. cum simil. & facit gloss. in l. tale pactum, §. fin. ff. de pact. Vnde infert Tiraquell. verisimile non esse donantem iurando filios suos excludere velle. Item Ripa in d.l. si vñquam, numero 10. in titul. de donatione. & grat. reuoc. inquit t̄ iuramentum generale casum verosimiliter non cogitatum non comprehendere, l. si libertus. ff. de oper. liber. & notatur in d. capitulo Quintauallus, extra de iure iurand. & tradit Bartol. in l. si societatem. §. arbitrorum, ff. pro socio. 3 Et ideo inquit eum, qui suscipit t̄ in se omne periculum cum iuramento, non censeri suscepisse etiam casum fortuitum, de quo cogitasse non præsumitur, vt dixit etiam Bart. & communiter scribentes, in d.l. sed & si quis. §. quasitum, ff. si quis cautio. & Ioan. And. & communiter Canonista in capit. 1. extra deposit. & Alex. in consil. 28. volum. 1. & in consil. 31. volu. 2. & supra etiam satis late diximus. Præterea quod iuramentum non sit seruandum, vbi verosimiliter non continet, tradit etiam Aymon Crauet. in consil. 249. num. 8. & id quoq. tradit Paris. in d. consil. 20. n. 119. vol. 1. & tradit Roman. in consil. 379. num. 8. vbi inquit non extendi ad ea, de quibus verosimiliter non est cogitatum. & idem dixit Thomas Grammat. in consilio 25. num. 7. & Corne. in consil. 234. numero 2. volu. 2. vbi infert ad l. si vñquam. C. de reuocan. donatio. Præterea hanc quoque conclusionem sequitur Cardinal. Alb. in l. fistulas, §. frumenta, numero 1. ff. de contrahen. empt. vbi & ipse quoque inquit, eum qui in se casum fortuitum suscepit, de casibus insolitis non teneri, sed de illis tantum qui communiter, & vt plurimum contingere solent, etiam quod adiectum sit iuramentum, propterea quod etiam tunc iurans de casibus insolitis non tenetur, ex quo iuramentum ad non verisimilia non extenditur, ad illos casus qui extra communem hominum aestimationem contingunt, per ea quæ volunt Alexand. in d. consil. 28. & in consil. 173. volu. 1. & in consil. 107. vol. 3. & Fulgo. in consil. 193. & iterum idem voluit Card. Alb. in l. si vna. §. item eum. num. 1. ff. loca. & Decius in consil. 552. & Socin. in consilio 223. volum. 4. & Corne. in consil. 23. & in consilio 28. volum. 2. & iterum Cardin. Alb. in l. admonendi, numero 11. 41. & 43. ff. de iure iurand. vbi pri- mum, num. 11. inquit iuramentum nunquam esse deferendum, quando illud quod quis iurat, non est verisimile, vt inquit Alexand. in consilio 71. colum. fin. volum. 3. & adducit gloss. notabilem & ibi Bald. in l. 1. ff. qui & aduers. quos. & iterum num. 41. inquit Bald. iuramentum nunquam deferendum esse de eo, quod verisimile non est, vt inquit Alex. in consil. 71. colum. fin. volum. 3. & in consil. 39. colum. fin. volum. 5. Item idem voluit Alber. de Rosate in d. auth. sacramenta puberum, n. 9. C. si aduers. vend. Itidem inquit iuram etum non extendi ad ea, de quibus iurantem sensisse verisimile non est, d. l. fin. in princ. ff. ad municipa. & l. adigere, §. fin. de iure patron. & l. in dubitat. C. de nou. nu. pecu. ideo infert, quod cum verisimile non sit, vt quis iuri ignorat renunciet, l. si is, ad quem. ff. de acquir. hæred. & l. mater. C. de inoffic. testam. ita etiam si probetur minorem ignoransle beneficium aliquod sibi competere, ei renunciasse non videtur, vt ibi latius ipse

prosequitur. Præterea hanc eandem conclusionem sequitur Paul. Castrensi. in consil. 385. num. 2. volum. 1. & loquitur de remissione facta à sorore fratri suo omnium bonorum paternorum. Item hanc conclusionem sequitur etiam Matthæus Afflict. in l. vñica, §. item sacramenta, in vers. tertio noto, nu. 19. lib. 3. feudo. in tit. de pace iuramen. firman. Vnde infert etiam ad minorem non redditum certiorum de iuribus iuramenti, propterea quod iurando errare videtur: vnde cum errantis nulla sit voluntas, t̄ nec 4 consensus, vt infra dicetur. l. si per errorem. ff. de iurisdict. omn. iudic. merito vt tale iuramentum non obliget, omnino dicendum est. Item hanc eandem conclusionem refert & sequitur Ias. in authent. sacramenta puberum, num. 55. C. si aduers. venditio. & dicit hanc conclusionem esse valde æquam & iure comprobari, & si Bart. contrarium tenere ibidem, & contrarium consuluisse: dicit tamen ita in practica obseruari. Mouetur autem ex eo, quod fatus est super facto iurare, quia tunc iusurandum porrigitur ad omnia, quæ ex facto competere possunt. l. si duo patroni. §. idem Julianus. ff. de iure iurand. & late prosequitur Ias. ibidem fundamenta Barto. sed loquitur in certioratione facta minori vel mulieri. Verum Ias. ibidem sequitur opinionem Bartol. & ita inquit in practica obseruari.

## C A P. C C C X X I I .

A R G V M E N T U M .

Iuramentum an inualidetur ob errorum.

## S V M M A R I A .

- 1 Iuramentum per errorem prestatum non valet, nec subsistit, nec obligat.
- 2 Aliiquid facere per errorem promittens, non compelli- tur adimplere etiam quod promittat non contra-uenire.
- 3 Indebitum per ignorantiam promittens, & nullam controvrsiam mouere, potest solutum repetrere.
- 4 Renuncians conditioni indebiti: & sine causa, sibi non præjudicat,
- 5 Absolutio à iuramento non est necessaria, quando per errorem præstatur, vel ex falsa causa.
- 6 Iuramentum sine consensu vim non habet.
- 7 Iuramentum ex falsa causa prestatum vitiatur.
- 8 Consensui nihil magis contrarium, quam error.
- 9 Error efficit, vt consentiens pro contradicente habeatur, & reddit iuramentum inualidum.
- 10 Iuramentum non impedit erroneam assertionem reuocari.
- 11 Voluntas in errore non dicitur.
- 12 Error vires iuramenti non impedit.

**O**ptime etiam facit ad propositam materiam illud, quod dicitur, t̄ iuramentum non tenet, nec arctare vel subsistere, vbi cunq; per errorem præstatur, vt inquit Anton. de Burgos in c. cum cau- sa, n. 36. extra de emptio. & vendit. Et ideo dixit, quod quando quis per errorem t̄ inducitur ad aliquem actum, licet promittat non contravenire, ob id sibi præjudicare, vt est text. in l. fin. §. item quasit. ff. de condi- ct. indeb. quo fit, vt si per ignorantiam indebitum soluat, t̄ & promittat nullam controvrsiam mouere sibi, quin solutum repetrere possit per condi- tionem indebiti, non præjudicare. Et ratio est, vt inquit

inquit Bart. *ibidem*: quia eodem errore, quo ad soluendum inductus fuit, videtur etiam ad eam permissionem faciendam inductus: & subdit ad hoc facere etiam illud quod notat Bar. *in l. qui Roma. §. duo fratres ff. de verb. oblig.* & illud etiam, quod voluit rursus Bar. *in d. §. idem quæ sit, vbi id est arbitratur, si indebiti conditioni renunciet, † & sine causa: nam prædicta ratione talis renunciatio omnino nō præjudicaret.* Id tamen, inquit Antonius de Burgos eodem in loco, non affirmare, prout nō probat etiam Imo. ibi, quia renunciando conditioni indebiti satis constat de d. indebiti conditione cogitasse, & ideo in specie ei præjudicare debet, ut ibidem latius ipse prosequitur. Præterea hanc conclusionem, qd iuramentum per errorem & ex falsa causa præstitum, non subsistat, tradit Aymon Crauet. *in responso pro genero suo, n. 227. vers. consensu plane. & n. 229. in vers. peritrium. idem quoq; voluit Menochius in consil. 24. nu. 6. vol. 1. vbi etiam addit, absolutionem à iuramento † necessariam non esse. & loquitur de eo, qui assertionibus fidem dedit, iuxta gl. in l. 2. in ff. C. quando actio de pecul. est anna. cum multa aliis, quos refert Aymon Crauet. in consil. 157. num. 14.* Quibus accedunt ea, quæ tradit Abbas in cap. fin. in fine, extra de confess. & Ruin. in consil. 37. numero 11. volum. 3. & Alba in consilio 9. numero 50. Quo quidem errore admisso, nullus in iurante consensu dici potest. *d. l. si per errorem. ff. de iurisdict. omn. iudic. & l. 2. ff. de iudic.*

6 Reiecto autem consensu, † iuramentum vim nullam habet, & ideo absolutione opus non est, *vt ibi de in latius per eum.* Et rursus idem voluit Menochius *in consilio 91. numero 43.* inquiens iuramentum ex 7 falsa causa vitiari, † vt dixit etiam Paris. *in consilio 96. numero 24. volum. 1.* Item hanc eandem conclusionem sequitur iterum Aymon Crauet. *in consil. 144. num. 17. volum. 1.* inquiens † consensui nihil magis esse contrarium errore. *d. l. 2.* De iuramento autem errore, quod non noceat, inquit tradere Paul. Castrensi. *in consil. 122. viso punto supra scripto, col. 3. in 4. dubio. & iterum in consil. 189. viso testamento, col. fin. & in consil. 377. ad primum videtur dicendum, dispositionem Hebraicam, colum. 2. circa medium, volum. 2. & Decius in consil. 350. colum. fin. & in consil. 351. etiam colum. fin. & in consil. 403. colum. 6. versic. Quarto respondetur.* Præterea idem quoque sequitur Paris. *in consilio 121. num. 66. volum. 2.* inquiens, iuriandum non obstat, propterea quod stante errore & falsa causa, nihil operatur. & idem quoq; firmavit Ioan. de Amicis *in consil. 13. num. 22.* dum vult, errorem efficeret.

9 † vt ille, qui consentit, pro contradicitore habeatur, vt notabiliter tradit Bal. *in l. error, in fine. C. ad legem Falcid.* & ideo dicit, quod si interueniat iuramentum, illud inualidum redderet, vt inquit Bald. *in d. l. vnica. §. item sacramenta, col. 2. in tit. de pace iurament. firman. argum. l. fin. C. plus vale. quod agit. & Socin. Iun. in consil. 3. num. 19. volum. 2.* inquit, iuramentum † non impediens, quin erronea assertio reuocari possit, vt voluit etiam Bal. *in l. error, colum. pen. C. de iur. & facti ignor. & Butrius in cap. fin. extra de confess. quos refert & sequitur Socin. Senior. in consil. 97. col. 3. volu. 4. & iterum idem tradit Socin. Junior in consil. 50. num. 31. cum sequcn. si volum. 4.* Ratio autem est, quia in errore † voluntas dici non potest, nec consensus. *l. cum testamentum. in fine. C. de iur. & facti ignor. & ibi notant Docto. Quinimo, vt supra dicebamus, nihil est tam contrarium consensui, quam error. l. nihil consensui.*

§. fin. ff. de regul. iur. Proceditque hæc regula tam in errore facti quam iuris, vt dixit Ias. *in l. si per errorem, colum. 2. versic. tertio amplia.* & idem quoque voluit in d. §. fin. asserens hanc regulam nullam limitationem habere, sed absolute procedere, prout etiam idem eodem in loco firmauit Hieronym. Cagnol. & ideo his ita errantibus subueniendum esse censuit Bald. *in d. l. quite testamento, colum. 2. in princ. versic. in text. errare. ff. de excusat. tuto. quem refert & sequitur Maynacrius in d. §. fin. colum. 2.* & ideo infert, quod cum iuramentum confirmatorum præstatutur, & eo modo per errorem diuiditur, dicitur consensu carere, ex quo in ipsa diuisione propter errorem defuit consensus: nam iuramentum vti accessorium ad ipsam diuisionem eundem defectum continere dicitur, scilicet consensus, qui quidem in diuisione defuit, vt dixit Maria. Soc. Sen. *in consilio 40. ex actu gestis, colu. 5. versic. secundo respondetur, volum. 1.* qui etiam paulo ante dixerat, iuramentum per errorem præstitum nihil operati ea ratione, quod iuramentum inter alia iudicium habere debet. *cap. & si Christus, extra de iure iurant. cum similib.* Illud autem in errante dari non potest, vt latius ipse ibidem prosequitur, quem refert & sequitur Ruin. *in consil. 190. in primis est videndum, num. 14. volu. 1.* Vnde dixit Bald. *in d. cap. vnico. §. item sacramenta, in titul. de pace tenen. inter subd. & iuramen. firman. propter errorem iuramenta omnia esse intialida, ex quo error iuramenti effectum impedit: id quod sane aliunde quam ex defectu consensus fieri non potest, qui quidem in errante non datur, & ideo iuramentum ratione erroris sperni potest, vt inquit Bal. in l. ff. quis satid. cogan.* Hæc autem omnia inde procedunt, quod iuramentū vti accessoriū ad argumentum obligationis non adstringit, *vt infra latius suo loco dicetur: cum ab ea normam recipiat textus in d. l. fin. C. de non num. pecun. cum aliis concordantib. vt dixit Bar.* *in d. l. si quis pro eo, in 8. membro, vers. predicta, quæ dixi. ff. de fidei usq. prout hæc omnia refert & sequitur Ruin. in consil. 134. quo ad primum dubium, numero 10. volum. 1.* Quod autem iuramentum, quin erronea diuisione rescindi possit, non impedit, satis comprobatur ex eo, quod de erronea assertione dixit Bald. *in d. l. error, colum. pen. C. de iur. & facti ignor. cum aliis concordantibus, vt dixit idem Socin. Iun. in consil. 3. nobilis iuuenis, Do. Odericus, numero 19. volum. 2.* Præterea hanc conclusionem, quod iuramentum non impedit, quin diuisione per errorem facta retractari possit, tradit etiam Decius *in consilio 408. num. 12. part. 3.* & quod iuramentum non liget errantem, dicit August. Berous *in dicto consilio 22. num. 42. volu. 2.* & loquitur de diuisione late, & quod iuramentum ab errante præstitam non sit seruandum, voluit etiam Iacobus de Arena *in l. manumissionis, nu. 2. C. de oper. liber.* Item quod iuramentum erroneum non noceat, nec obliget, tradit iterum Bartol. *in l. ratios, la seconda, num. 3. C. de probat.* & iterum eandem opinionem tenuit Bartol. *consil. 90. num. 6. vol. 1.* qui loquitur de cessione erronea: & inquit iuramentum ad eam nō extendi ob id, quod iuramentum, vt ipse ait, ultra illud non extendatur, quod iutans cōlentit. Et id inquit ex eo satis comprobari, quod dixerunt Canonistæ, iuramentum tres comites habere debere: veritatem scilicet, iudicium & iustitiam. *cap. animaduertendum. 22. q. 4. & notatur in authent. quod eis. C. de nupt. sed in d. cessione non est ve-*

ritas narrantis, nec iudicium, hoc est consensus, quia nihil sit tam contrarium consensui, quam error. d.l. sive errorem. ff. de iuris dic. omn. iud. ergo ad erroneous inserta referri non debet. d. c. veniens. & cap. Quinta uallis. Præterea quod iuramentum, in quo interuenit dolus, non obliget, tradit Riminaldus Senior in consilio 102. numero 52. volum. 1. & Cephal. in dicto consilio 207. numero 68. volum. secunda, inquit iuramentum ex falsa causa interpositum nihil prodesse, ut late tradit Paris. in consilio 96. numero vigesimoquarto, volum. 1. & Ruin. in consilio 71. numero septimo, volum. 3. Præterea quod iuramentum erroneous interpositum non obliget, iterum firmat Ruin. in consilio 190. numero decimoquarto, volum. 1. per ea, qua dixit Marian. Socius Senior in consilio 40. ex actis gestis, in tercia questio. vbi idem inquit voluisse Baldus in l. fin. ff. qui satisfare cogant. & in dicto capitulo unico. §. item sacramenta, columna secunda, in titulo de pace iuramento firman. qui concludit, tale iuramentum sperni posse ratione erroris & ignorantiae, ut ibi latius pereum. & idem rursus tenet Ruin. in consilio decimo, numero vigesimoprimo, volum. tertio, dum vult, quod in eo casu posito ut iuramentum erroneous praestitum iurantem obligaret, id tamen locum habere non posse, quoties ille, qui iurauit decessisset, & sic illa conclusio in heredibus iurantis limitaretur, cum heredes non obligentur iuramento sui authoris, nec impediuntur quin possint indebite solutum repertere: quia ad heredes iurantis in tali casu iuramentum non transeat, capitul. veritatis, extra de iure iurand. & firmat Baldus in leg. fin. C. plus vale. quod agit. & idem voluit Rolandus à Valle. videlicet ut iuramentum erroneous non obliget, in consilio decimotertio, numero vigesimoprimo, volum. 1. dum expresse vult errorem iuramentum impedire. & limitat ibidem numero vigesimotertio, vt non possit tamen impugnare iuramentum, quin per iurum incurat. Præterea quod iuramentum nunquam quicquam operetur, quando continet defectum consensus, tradit Franciscus Curtius in l. lecta, numero vigesimo septimo, ff. si certa. pet. & Ioannes Annibal in l. nemo potest, numero 301. ff. delegat. i. dum inquit, negandum esse, iuramentum adimplere defectum consensus, nec ultra consensum extendi: & ideo si limitatus sit consensus, iuramentum quoque limitatum intelligi, & si consensus deficiat, iuramentum non subsistere, per ea qua supra diximus: & idem tenuit Carolus Ruinus in l. hoc dicto. §. renunciatio, numero centesimona- gesimoquinto. ff. de oper. noui nunc. inquit quod ubique in aliqua dispositione iuramentum appositum est, licet alias dici soleat ut operetur, quod aetate valeat omni meliori modo quo potest, ut late supra loco suo diximus: id tamen locum non habere, vbi adest defectus consensus ea ratione, quod iuramentum non extendatur, nisi quatenus extat consensus, nec ultra. Item Ioannes Crot. in l. qui Romae. §. duo fratres, numero 116. ff. de verborum obligatio. expresse dixit, vbi deficit consensus, iuramentum nihil operari, & idem dixit Hieronymus Butigiel. in leg. l. numero 85. ff. de verborum obligation. & idem firmat Sebastian. Sapia. in l. precibus, numero 65. C. de impub. & alius substit.

Contrariam autem conclusionem qui firmauerint, non defuere: Nam quod error + vires iuramenti non impedit, tenuit Alexander in consilio 17.

numero secundo, volum. 3. & de remedio loquitur l. 1. C. de rescind. vendit. verum de hoc suo loco dicetur. Illud tamen adnotandum est, quod Ioannes Lopez in capitulo per vestras. §. 12. post 14. in columna penultima, totius repetitionis, numero 35. loquens de remedio d.l. 2. C. de rescind. vendit. inquit Imol. in capitulo cum contingat, in tertio membro, in fin. extra de iure iurand. inquit etiam quod iuramentum erroneous praestitum presumatur, iurantem tamen obligare ad obseruantiam iuramenti, propterea quod alioquin contraveniendo iuramento in per iurum incidet, prout etiam de mero rigore obligat iuramentum dolose extortum, ut ibidem latius ipse proficitur. Sed contrarium videtur verius, ex quo deficit consensus, & sic certum est, primam conclusionem magis communem esse, quam ego quoque veriorem arbitror, ita ut ab ea recedendum non sit, quicquid dixerint illi, qui contrariam opinionem sequuntur, & satis ex supra deductis manifeste appetat.

### C A P. CCCXXIII.

A R G V M E N T V M.

Iuramentum an restringatur ob iracundiam.

#### S V M M A R I A.

- 1 Iuramentum calore iracundie praestitum non obligat.
- 2 Iracundia calore factum, vel dictum non obligat.
- 3 Testium depositio si sit primum facta per iocum, vel iracundiam, secunda contraria mente temperata facta standum est.
- 4 Iocose dicta non valent, neq. obligant.
- 5 Iracundia calore factum, pro infecto haberi debet.
- 6 Iracundia prætextu quis à mendacio, & per iurio excusat & à dolo, & pœnam non incurrit.
- 7 Facta calore iracundia si reuocari possunt sine detrimento iniuriam passi, non nocet facienti, si reuocetur.
- 8 Iuramenta si qua concurrant cum iuramento iracundia calore interposito, quod subsistat, licet competat absolutio ab eis.
- 9 Iracundia calor à peccato non excusat.
- 10 Iracundia calor non excusat, & præsertim monachos.
- 11 Iracundia calor est iusta causa minuendi pœnam.
- 12 Votum per iracundiam factum nov ligat videntem, & quando.
- 13 De tacito furore in dubio statur opinioni Ioannis Andreae.
- 14 Blasphemanti per iracundiam pœna non remittitur.
- 15 Ebrio pœna remittitur.
- 16 Iracundia aliquando prouenit ex iusto furore, aliquando dando operam rei illicite, reputasi in ludo amittat.
- 17 Professio cum sit opus bonum, an vitietur ex dolo.
- 18 Professio ex dolo, quando vitetur.
- 19 Voti essentia requisita & iuramenta.

**C**VM prædictis sine dubio conuenire videtur, quod iuramentum+ praestitum calore iracundiae non obliget, propterea quod pariter id à defectu consensus procedere videtur, ut voluit Roma.

in fin.

in singul. 508. per textum in l. 2. C. ad l. Iul. maiest. & per textum in capitulo sicut ex literis, extra de iure iurant. vbi loann. Andreas idem tenet. Id autem, ut inquit ibidem Decius, numero primo, intelligendum est, quod tescunque iurans a mente, & ratione ob ipsam iracundiam alienatus esset; quandoquidem tunc illud seruare necesse non est, vt notant Ioannes Andreas & Butri. in cap. dudum, de conuers. coniugat. cum similibus, & tradit Felin. in dicto capitulo sicut ex literis, extra de iure iurand. & in cap. Mattheus, extra de Simon. & remissione in d. cap. dilecti filii, extra de penit. Item quod iuramentum præstitum calore iracundia non obliget, tenet Petrus Duenas in Regu. 292.

2 in prima ampliatione, numero primo. vbi vult ex regula, + quod factum vel dictum calore iracundiæ non obliget dicentem vel facientem, ut habetur in l. quicquid calore, ff. de reguli iur. & in capit. si quis iuratus. 2. quest. 3. & in 3. ff. de diuort. & in l. si filia. ibi. si non consulto calore. C. de inoffic testamen. & in l. si non coniugij. C. de iure iurand. & in l. famosi. versicul. lubricum lingua. ff. ad l. Iul. maiest. & in capitul. quicunque. §. diuortio. de penitent. dist. 1. cum alius, quos refert ibidem Duenas: qui ampliando illam regulam dicit habere etiam locum in iuramento ea ratione, quod iuramentum calore iracundiæ præstitum non obliget, ut est textus in d. cap. sicut, il. 1. extra de iure iurand. vbi tradit Ioannes Andreas & Butri. & Panormi in 3. notab. & rursus Abb. in capit. si vero, numero septimo, eodem titul. & Felin. in d. capitul. sicut, numero tertio, eandem quoque opinionem tenet, & notabiliter declarat Ioannes de Silua in tractat. de iure iurand. in 3. parte. numero vigesimosexto, & late Andreas Tiraquell. in tracta. de penit. in 1. causa, numero vigesimosexto, per textum in l. 2. ad l. Iuliam maiesta. quem vnicum apud Legistas dicit Roman. in d. singul. 510. vbi inquit, alium quoque esse apud Canonistas, & illum quidem vnicum, in d. capitul. sicut ex literis, extra de iure iur. secundum vnum intellectum, & hoc ibi notant Ioann. Andreas & Butri. qui id distinguendo limitat, & Panormi eius distinctionem reprobans tenet, tale iuramentum indistincte non valere: vbi etiam ibidem recentissime tradit Felin. & Panormi. in d. cap. si vero. extra de iure iurand. vbi illam distinctionem sibi ipsi contrarius sequitur, prout & Decius in d. l. quicquid. & ex Theologis Diuus Antonius, Archiepiscopus Florentinus, in 2. parte, sua summa, in titul. 10. capite 5. colum. 5. versic. quartus casus. & ad hanc sententiam optime facit, quod in iuramento deliberatio requiritur, ut post alios tradit Gabriel recens Theologus in 3. sentent. distinct. questionis, secunda column, versic. secundo notandum. Præterea hanc conclusionem Tindatus in tractat. de testibus, capitulo decimo, numero secundo & tertio, cum sequentibus, inferens & ad testium dispositio-

3 nem: & vuln. vt si prima + dispositio facta sit per iocum, vel iracundiam, standum sit secundæ contraria factæ, tamen mente quieta & temperata. & inquit probari hanc sententiam optimo iuramento, cum dicta + ioco non valeant, neque obligent. l. 3. in fin. ff. de actio. & obligatio. cum illud, quod calore iracundiæ factum est, pro infecto haberi debat. d. l. quod calore. ff. deregul. iur. Præterea quod iuramentum + præstitum à valde irato non obliget, tenet Angelus in l. 2. numero primo, C. ad l. Iul. maiestat. & August. Berous in consilio 189. numero quarto, volum. 3. & Iason in l. si aliam, numero quarto. C. de

in offic. testament. & Abb. in dicto capitulo sicut ex literis, numero 2. extra de iure iurand. & Jacobus Butrig. in l. iuris iurandi in additione, C. de iure iurando & Aug. Berous in d. consilio centesimo octavo gesmonono, numero quarto inquit, iuramentum seu dictum iuratum ab irato tanquam calore iracundiæ præstitum vel dictum non obligare: + Nam prætextu iracundiæ quis à mendacio & periurio excusat. d. l. 2. & d. capitul. sicut. Quod autem calore iracundiæ quis à dolo excusat, nec pœnam incurrat, quæ committitur ex eo quod quis scienter & dolose fecerit seu dixerit, est text. in §. notandum, vbi tradit etiam gloss. 2. questio. 3. & in capitulo si quis iuratus, eadem causa & quæstio. & in l. 2. vbi textus notabilis, C. de abolitione. & voluit Alber. post Petr. in l. si non coniugij. C. de iur. quod facta + calore iracundiæ si reuocari possunt sine detrimento in iuriam passi facienti non nocere si reuocentur. d. l. quicquid calore. si vero sine detrimento in iuriam passi reuocari non possunt, ut est vituperium, vel dictum aut factum, ex quo quis laesus fuit, aut diffamatus: & tunc ea facienti nocent, ut puniatur, nec pœnitentia tolluntur. l. aut facta. §. causa. ff. de penit. & d. l. si non coniugij. Item Imola in d. capitulo verum, numero tertio, extra de iure iur. quærendo, an initia iuratum calore iracundiæ præstitum obliget. primum, inquit, videri obligare, prout obligat etiam iuramentum præstitum per vanum metum, eum sit aliquid, quod iuranti imputetur, & id inquit exprefle voluisse gloss. in summa Rayn. in titul. de iuramento & periurio. in verbo, tria. & facit etiam illud, quod notat gloss. in eadem summa, in titulo de voto, in princip. vbi loquitur de muliere existente in periculo partus, & voto faciente: ac etiam pariter de existente in graui periculo tempestatis in mari: an illud seruare teneatur: & concludit teneri, ut dixit etiam Archidiacon. in capitul. Gonsaldus. 17. quest. 2. Et ideo Abbas in 2. quest. numero vigesimoprimo, inquit ita distinguendo, quod quando iuramentum calore iracundiæ procedit, potest tamen seruari sine periculo, vel in teritu salutis æternæ, ut puta si quis calore iracundiæ iurauerit quæsiplam non alloqui, vel cum eo non comedere, vel quid simile, de quibus supra suis locis tractauimus: & tunc inquit esse obligatorium, eum discretionem comitem non habeat, nec iustitiam, capitul. iurabunt 22. questio prima, & in capitulo animaduertendum, in eadem causa, quest. secunda, prout subsistunt alia iuramenta, + licet absolutio concedatur ut notatur in c. cum quida, extra de iure iur. subdit 8 tamen satis probabiliter defendi posse, quod si iracundiæ calor talis fuerit, ut deliberate tale iuramentum præstare non potuerit, tunc obligatorium non sit, ex quo voluntas non est discreta, & ideo in eo casu dicimus confessionem calore iracundiæ non præiudicare, nisi iurans perseverauerit, ut inquit gloss. in dicto capitulo ex literis, extra diuort. & ad hoc inquit optime facere textus in d. l. quicquid calore. ff. de regul. iur. Non enim omnino voluntarius tunc iurare intelligitur, & ideo Deus tales obligationem indiscretam rescipere non videtur, c. non est. 15. questio. prima. Nisi forte dicamus subsistere, & ideo episcopus facilime iurantem ab huiusmodi iuramentis absoluere debet, argum. d. cap. quidam. Prosequendo hanc eandem declaracionem, idem etiam dicendum est sequi Abba. in capitulo si vero, numero septimo, extra de iure iurand. au-

thoritate Butri in dicto capitulo sicut, videlicet quod si calor iracundiae talis fuerit, ut deliberatiue iurare non potuerit, tunc obligatorium non sit, eadem ratione quod voluntas non sit discreta, vel si est, de facili commutari debet. Dixit etiam Felin. in d. c. sicut ex literis, numero 3. extra de iure iur. † notandum esse, calorem iracundiae à peccato non excusare: quinimo temere iuranti pœnam imponendam esse. Vnde ibid. subdit Felin. Bartol. notare, calorem iracundiae non excusare, † & præsertim monachos, qui humaniter & mansuete viuere debent, & si existimauerit Abb. ibidem, iustum esse causam minuendi † pœnam, & si eam prorsus & absolute non tollat, vt est in §. notandum, in fin. 2. q. 3. & in l. r. nica, C. si quis imper. maledixer. & in l. omne delictum, ff. de re militari. Dicitque præterea ibidem subdere Ioan. And iuramentum quoque ab iracundia proueniens & emanans obligare id tamen ut vidimus, temperat Butri. si calor iracundiae sit magnus, & talis ut illud deliberate non fecerit: Nam tunc, ut diximus, cum illa voluntas sit indiscreta, obligatoria non est, vel saltem ab Episcopo facilime relaxanda. refert tamen se ad ea, quæ notat Raynut. in summa, in titu. de iuramen. in princip. Subdit præterea Felin. Imo ibidem simpliciter dicere, gloss. ibi in tex. Raynut, simpliciter velle huiusmodi iuramentum obligare, ob id quod ita iurans in culpa esse videatur, & ideo sibi imputandum esse, ut habetur in cap. damnum, deregul. iur. libro sexto, & pro opinione Butrii, de qualitate & magnitudine iracundiae, &c. inquit optime facere illud, quod notant Ioann. And. & Butri. in capitu. dudum, columna quinta, extra de conuers. coniugat. vbi dicunt, quod prædictum cap. sunt qui obseruat. 17. quest. quarta, in huiusmodi iracundia non procedit: & ideo inquiunt intelligentiam esse illam gloss. in illo capitu. dudum, in verb. iracundia, dum inquit, votum per iracundiam factum † non tenere: secus si iracundia non sit in tali gradu per se bona, ut votum donandi ad pias causas, & similia, quæ non indigent deliberatione. Hoc dictum sequitur Abb. in dicto capitu. sicut ex literis, extra de iure iur. & in cap. dudum, extra de conuers. coniug. vbi subdit, † quod ex quo difficillime, talis tacitus furor probari potest, in dubio stetur opinioni Ioann. And. qui ibi concludit, votum calore iracundiae factum regulariter subsistere ac tenere: hanc autem considerationem difficultatis prob. tionis etiam in hoc casu militare. Propterea pro opinione Ioann. And. quod iracundia regulariter non vitiet iuramentum alias licitum, facit illud quod notat glossa penultima in capitu. 2. extra de voto. quæ vult, ut votum emissum ex facilitate validum sit, sed dispensabile. Ad quod facit etiam illud, quod notat Hostiens. in summa, in titu. de maledic. vbi inquit † blasphemanti per iracundiam pœnam non remitti, per textum in capitu. 2. versicu. & presumpserit, plane ut plurimum quis non blasphemat, nisi iratus. At Abb. & Ioann. And. in dicto capitu. 2. prædictam conclusionem limitant, nisi ea sit iracundia, quæ mentis alienationem induceret: sicut de ebrio † dici solet, quod ei pœna remittitur. l. omne delictum. ff. de re milit. & ratio est, quia à mente & intellectu alienus censetur. cap. crapula, extra de vita & honest. cler. & præsertim si iracundia à † iusto furore: secus vero si rei illicitæ operam daret, videlicet si postquam ludendo pecuniam amisisset blasphemæ.

ret, ut ibi per eos. & adhoc adducit ibidem Felyn. dicto cap. sicut ex literis, numero quarto, illud quod dicit Innocent. in capit. cum dilectus, ante fin. extra quod met. cau. & refert & sequitur Imol. post alios ibi, in columnæ fin. vbi inquit, quod licet professio, † cum sit opus optimum, non vitietur ex dolo dante causam professioni, ut habetur in dicto cap. dudum. vbi inquit, quod licet professio opus optimum sit, merito ex dolo causam professioni dante non vitari, ut habetur in dicto cap. dudum, ut ibidem concordant. Verum vbi oriretur talis dolus, qui prudentem et. iam decipere posset: secus esse, propria ea quod vbi adest talis dolor, vel mentis & intellectus perturbatio, utique nullus in profitente consensu daretur, & ideo professionem vitari ob ipsum dolum dicendum esset, prout etiam ex metu vitiat, qui cadere posset in constantem. c. metum, cum sua materia, extra quod met. cau. & ideo ex hac decisione Inno. infertur in re proposita, ut ea, quæ vnde quaque consensum vitiant, ab errore prouenire dicantur, & ideo dicitur in l. non fatetur. ff. de confess. eum qui errat, non consentire: quo sit ut professio, quæ mente non constante & intelligente sit, non subsistat, ut habetur in dicto cap. sicut, il. extra de regular. & ideo pariter ut iuramentum emissum calore talis iracundiae, ut menris coecitatem inducat vti consensu carens, non obliget: secus vero si non sit talis iracundia, propterea quod tunc vti leuis dolor & perturbatio obligat, cum tunc requiri librum consensum non impediatur, ut ex exemplis deductum satis manifeste appareat.

Subdit tamen ibidem Felyn. Abbatem ibidem ab ea opinione recedere, & indistincte concludere, iuramentum per iracundiam præstitum vel ex abrupto consensu careat, & ideo non obliget, & si ad cautelam absolutio peti consueverit, Moneatur autem ad id ex notatis in capitu. literarum, extra de voto, vbi tradit Joannes Andr. post Diuum Thomam † & requisita deducit ad voti essentiam, videlicet deliberationem & propositum & expressionem, quorum altero deficiente, votum non obligat: & ideo idem putat Abb. in iuramento, æquiparando iuramentum voto: verum adhuc prædicta subsistere dicendum videtur, vti etiā cum eis concordat Abb. in c. si vero, col. 6. extr. de iure iur. & in d. cap. dudum. & optime facit illud, quod notat Archidiac. in capi. prolixi. 20. quæst. 3. vbi de voto loquens inquit, quod licet calor iracundiae ipsum vitiet quo ad Deum: attamen quo ad ecclesiam non vitiare: Non autem ob id quod ex quo semper exprimitur semper etiam cogatur vnuens illud servare, & præsumat ecclesiæ deliberationem & propositum in dubio, seundum eum, & ideo subdit inde præsumere Felyn. idem in iuramento. vbi autem apparer consensus, locum habet intentio & declaratio Abba. Ecclesia enim militans de gradu furoris incerta & iurantis possessione, an ab ira, à mente & intellectu alienus sit, tutorem partem eligit, ut in simili declarat Abbas in d. c. si vero, in fin. extorto iuramento loquens per meum, cuius dicti plurimum faciunt ad propositam materiam, ut subdit Felyn. ibi, & multa alia quæ ad iracundiam pertinent, tradit Felyn. in d. capitulo sicut ex literis, numero quinto & 6. extra de iure iurandi.

C A P. CCCXXIV.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

- 1 *Iuramentum defectum veritatis non supplere.*

**C**onuenit cum præcedentibus illud, quod dicit Hieronymus Butigella in *l. sciendum, numero trigesimo primo, ff. de verborum obligatione, inquiens*

- 1 *Bald. in l. qui pecuniam, columna secunda, versicul. sed pone. ff. si cert. pet. + velle ac determinare iuramentum defectum veritatis non supplere. & ratio est, quia iuramentum veritatem comitem habere debet. capitul. & si Christus. §. Iacobus, extra de iureiurando. Nec inquit obstat prædicta Angeli autoritatem. in d. l. penultima, quia respondet Alexander post Imol. in *capitulo cum contingat, extra de iureiurando*, eam non subsistere, propterea quod fundatur in doctrina Bartoli in d. l. *si quis pro eo, quæ ad propositum nostrum nō facit, quia loquitur quando iuramentum interponitur super eo, quod futurum est, id est de seruanda donatione, quæ seruari potest sine interitu salutis æternæ, ut habetur in dicto capitulo eum contingat. in fin. sed in casu nostro non est super præterito vel præsenti, & ideo non dicitur iuramentum, sed potius perjurium, ex quo extat legis præsumptio, quod iuramenta non dicantur, sed peruria, quæ contra ecclesiasticam libertatem sunt.**

C A P. CCCXXV.

A R G U M E N T U M.

Iuramentum an inualidetur ob temeritatem iurantis.

S V M M A R I A.

- 1 *Iuramentum temerarium non obligat.*
- 2 *Promittens se curaturum & facturum, &c. ad quid teneatur. & quid si promittat facere quicquid potest.*
- 3 *Iuramentum temerarium, quando dicatur.*
- 4 *Iuramentum temerarium, quando inducat perjurium.*
- 5 *Statuta de perjurio loquentia non includunt temerarie iurantem.*
- 6 *Perjurium proueniens à iuramento temerario, neminem à testimonio repellit vel promotione, si paenitentiam agat.*
- 7 *Iuramentum temerarium, & contra laudabilem consuetudinem, non est seruandum.*
- 8 *Promittens quod quispiam aliquid faciet, & id se facturum & curaturum ut faciat, non dicitur promittere factum alienum, sed proprium.*
- 9 *Impugnans etiam temerarium iuramentum, in perjurium incurrit.*
- 10 *Iurans temere & male, de temerario iuramento paenitentiam agere debet, quia ita temere iurando peccat.*
- 11 *Iuramento temerario & illico contraveniens, non fit infamia. & num. 14.*

- 12 *Iuramentum temerarium dicitur, si prælatus alienando bona ecclesia de non contraveniendo, nec petendo restitutionem in integrum, iurat.*
- 13 *Iuramentum præstitum ab aliquo in præiudicium sue dignitatis, non iuramentum, sed perjurium censetur.*

**P**rædictis quoque addendum est, iuramentum temerarium + iurantem non obligare, ut inquit Matthæus Afflict. in *deciso. ducentesima nonagesima quinta, numero quarto*, & ideo ita iurans ad illud obseruandum non tenetur, ut inquit Ioannes Andreas in *dicto capitulo sicut ex literis, extra de iureiurando*, prout etiam idem voluit Diuus Antoninus, Archiepiscopus Florætinus, in *secunda parte sua summae, in titulo decimo, capitulo quinto*, ubi infert ad quendam, qui iureiurando promiserat curare ac facere ita ut faciendo quicquid potest non excusat, ut vxor sua renunciet fratri propter dotem ab eo receptam, bonis tam maternis quam paternis, sub pena & iuramento: Nam cum esset controuersia, an maritus à pena excusaretur, ex quo fecit quicquid potuit, & id satis constat: & licet peccatum dicatur potius ita iurando quam contrafaciendo, ex quo fecit quicquid potuit: attamen tenuerunt tale iuramentum uti temerarium non ligare, nec obligare iurantem, & id eo iurantem ad obseruantiam talis iuramenti non teneri per prædicta. & ideo dixit Butrius in *capitulo Gemma. columna 4. extra de sponsal.* quod si fortasse quispiam se obliget + curaturum & facturum, &c. valere & subsistere talem promissiōnem.

Verum si ita promittens fecerit quicquid potuit, & vxorem suam ad effectum perducere non potuit, excusandum esse, propterea quod difficultas excusat à pena. l. 2. ff. si quis caut. & notatur in l. continuo. §. illud ff. de verborum obligat. & l. si post tres. ff. si quis cautio. & l. si rebenda. §. item iuri. ff. ad l. Iuliam de iactu. & tradit Federic. de Sen. in consilio centesimo decimo septimo, & optime facit illud, quod notatur in l. si pupillus. §. videamus. ff. de negoc. gest. & ita consuluit Aret. in consilio centesimo quadragesimo secundo, ex facto proponitur, & ibidem latius ipse prosequitur. Præterea huiusmodi iuramentum uti temerarium sine superioris autoritate infringi posse tradit Lucas de Penna. in *lege decimatercia, columna 8. C. qui etia. se excusant. libro decimo*, & Imola in *capitulo tua nos, numero primo, extra de iureiurando*, inquit iuramento temerario neminem à beneficio deponendum esse, sed pro tali iuramento paenitentiam imponendam esse. Iuramentum + autem temerarium est, ut inquit Tindarus in *tractat. de testibus, capitulo undecimo, de teste variante in eadem instantia, numero decimo quarto*, & quod iurans temerarie in testimoniū admittatur, voluit Abbas in *capitulo constitutis, il primo, numero quarto, extra de testibus*. Dixit enim Tindarus eodem in loco, iuramentum quo ternere & illicite emanat, ut puta si quæreris factum vel dictum contrarium necessarium tollat, non autem id quod solum dolum vel malignitatem in se continet: & quatenus pertinent ad testimoniū, ubi testis fuit semel perius in diareso dicto vel facto, hoc non recte dicimus iuramentum temerarium quo ad hoc, ut secundum valeat: quia ad id non ordinatur, & nihil valeat secundum ob illud dubium, ne testis falsum

asserat in secundo dicto, prout afferuit in primo, ut habetur in d. cap. testimonium, extra de testib. & c. sicut, in fin. 6. q. 1. uast. & in cap. semel malus, de reg. iur. in 6. vbi autem periurus fuit super eodem factō, quia prius periurus directo contrarium afferuit eius, quod tunc dixit, & tunc proprie primum iuramentum periurium dici posse, quia directo tendit ad tollendum secundum, hoc est veritatem contrariam, vt ibidem latius pereum, quem videoas.

Præterea Lapus à Castellioncio in allegatione 21. n. 3. pariter inquit iuramentum temerarium seruandum non esse, & ibidem alios referet quædam additio in verbo, temerarium, videlicet Philip. Franchum in c. 1. ante nu. 8. de iure iur. lib. 6. & Bellencinum in tract. de chari. sub si. quest. 45. nu. 6. versic. simili ter. & idem voluit Paris. in consil. 92. pro primo, nu. 4. volum. 4. inquit enim Franchi. eo in loco, quod licet iuramentum & temerarium seruandum non sit, illud tamen late accipiendo periurium inducere.

Et ideo infert ad statuta & de periurio loquenter, & inquit temerarie iurantem non includere, ut voluerunt ipse Lapus & Domini. dicentes, etiam tale periurium & quemquam à testimonio vel promotione non repellere, si pœnitentiam egerit. & pro hoc facit optime illud, quod dicit gl. in c. definitio, in fin. 22. qu. 4. & in c. Florentinum. 85. distinct. & in c. sicut nostris, de iure iur. lib. 6. & Paris. in d. consil. 92. nu. 4. vol. 4. inquit Lapum voluisse in materia propria statutaria iuramentum temerarium & seruandum non esse, vel etiam contra laudabilem consuetudinem: & ideo potius pœnam ipsius periurij temerarij iuramenti timendam esse.

Præterea idem Paris. in consil. 109. n. 12. vol. 1. tenendo quod iuramentū temerarium non obliget contra ea, quæ supra ex Afflict. vidimus, inquit eum qui promittit & quempiam aliquid facturum, ac etiam se ut faciat facturum & curaturum, factum alienum promittere non videri, sed proprium. Et præterea Bald. in c. tua nos, nu. 2. extra de iurere iur. querens, an ille qui transgreditur temerarium iuramentum, & sit periurus, inquit respondendo in periurium incidere, si cum causa iurauerit, ut habetur in d. c. tua nos. Secus vero si indistincte & temerarie, ut puta per iocum, secundum Bart. & August. Beroum in c. 1. nu. 153. & 154. extra de in integr. restit. inquit, & Prælato temere iuranti iuramenti temerarij pœnam iniungendam esse, propterea quod in eo quod temerarie iurat, peccare dicitur. c. qui sacramento. 22. q. 4. & c. cum quidam, extra de iure iur. iuncto d. c. quanto, in si. cum gl. extra de iure iur. & tradit gl. in d. c. definitio. 22. q. 4. quam ad hoc refert & sequitur Abb. in d. c. sicut ex literis, extra de iure iur. subens iuramentum illicitum & temerarium iurantem, si contraueniet, infamia non afficeret. Appellat autem August. Berous ibidem, iuramentum temerarium, & si prælatus alienando bona ecclesiæ iurat talēm alienationem non retractare, nec petere in integrum restitutionem ob enormem lassionem: & ideo inquit illud iuramentum seruandum non esse. Quinimo eundem prælatum, qui iurauit, vel alium tali iure iurando non obstante in integrum restitucionem ecclesiæ nomine, non autem suo petere posse, ex quo contractus est ipso iure nullus ut tradit Thomas Gram. in decisio. 93. & Grat. in consilio 17. numero decimo sexto, volum. 1. & in consilio nonagesimoprimo, numero decimotertio, eodem volum. 1. & iterum ibi-

dem Berou numero quadragesimono, in fin. inquit eti notatis à gloss. in capit. intellecto, per illum textum extra de iure iur. colligi iuramenta & præstata in preuidicium suæ dignitatis, non iuramenta, sed potius periuria seu temeraria iuramenta esse censenda.

Et ideo iurans propria authoritate etiam quod absolutionem non receperit, contra ipsum iuramentum ire & male alienata reuocare potest. & iterum Domin. à sancto Geminiano in d. capit. cum contingat, num. 15. extra de iure iur. inquit, iuramentum temerarium eti seruandum non sit: attamen periurij pœnam producere, si late illud accipiamus, & ipse quoque id ad interpretationem statutorum notandum esse arbitratur, quæ de periurio loquuntur: nam huiusmodi periuria comprehenderet non videntur. & pariter inquit Abbatem Lap. authoritatem non tollere, si pœnitentiam egerit de eo delicto, per ea quæ nō otat gloss. fin. in d. cap. definitio. 22. questio. 4. & in cap. Florentinum. 85. distinctio. & facit illud, quod notat Ber. in capit. sicut nostris, extra de iure iurando. Hanc præterea conclusionem sequitur Abb. in cap. 1. numero 10. extra de his, quæ sunt à maio. parte. cap. dum ibi dicit, eum mortaliter peccare, & ideo pœnitentiam agere debere. & iterum idem voluit Abbas in d. cap. cum contingat, numero septimo, extra de iure iur. dum inquit dari hanc theoreticam, quod quantum unq; iuramentum temerarium sit, seu illicitum, vbi non est contra bonos mores naturales, nec si obserueretur, continet peccatum, semper obseruandum sit: & sic cum nōnullis ex supra relatis concordare videretur. Item quod iuramentum temerarium & non infamet, tenet iterum August. Berous in consilio 8. numero 27. volum. 3. videoas de iuramento non alienandi res ecclesiæ Calder. in consil. 11. per totum, in titul. de iure iurando. Item quod iuramentum excusat à calumnia, non à temeritate, tradit Card. Alb. in l. qui solidum. §. etiam, numero secundo, ff. de leg. 2.

## C A P . C C C X X V I .

### A R G U M E N T U M .

#### De iuramento impuberis an firmet contractum.

##### S U M M A R I A .

- 2 Iuramentum impuberis, an firmet contractum.
- 2 Auth. sacramenta puberum, multipliciter declaratur. C. si aduers. vendit.
- 3 Votum solemne, an cadat in impuberem.
- 4 Pupillus, an obligetur iuramento.
- 5 Iuramentum impuberis solum Deum habet vltorem.
- 6 Impubes non seruans iuramentum, peccat.
- 7 Authent. sacramenta puberum. C. si aduers. vendit, locum habet in dol capace, & sic in proximo pubertati.
- 8 Proximus pubertati, quis dicatur, & quid in criminalibus.
- 9 Authent. sacramenta puberum, an odiosa sit vel fauorabilis.
- 10 Auth. sacramenta puberum. C. si aduers. vendit, an habeat locum in distractibus.
- 11 Iuramentum interpositum super contractu, tria operatur.

- 12 Prodigii iuramento non obligatur.
- 13 Impubes in iū obligari non potest, quia à sola voluntate procedunt.
- 14 Impubes doli capax ad pias causas testari non potest.
- 15 Differentia quenam sit inter promissorum & confirmatorum iuramentum.
- 16 Pueri qui dicantur, & de eis multa, & perspicuitate eorum ingenij.

**P**rædictis & materiae propositæ videtur conuenire, quod iuramentum impuberis contractum ab eo factum non confirmet, nec etiam procedat dispositio illius authent. *sacramenta puberum.* C. si aduer. venditio. vt voluit gloss. ibi, in verbo, qui iurans. & pariter declarat gloss. prima, in corpore. & ita inquit tenere in eadem auth. & Petr. & Cynum, vt refert Philippus Corne. in ipsa authent. *sacramenta puberum*, numero octavo, C. si aduers. vendit. subdit tamen Corne. in d. authent. eotum rationem non subsistere, † cum dispositio illius authent. sit odiosa, prout voluit etiam Bald. in corpore, vnde illa sumitur ibi, nam in omnibus insirmum est iudicium impuberum. l. qui atate. ff. de testamen. & l. fina. de manu. vindic. lex namque etatem definit, nec nos sane possumus addere vel detrahere legi, vt ipse inquit in corpore, & si Iacob. Butriga. aliter dicat in impubere doli capace, videlicet quod accidente decreto iuramentū sit seruandum: si vero non interueniat, sit nullum, nec contractum confirmet. Verum prædictis non obstantibus eius opinionem non subsistere arbitratur Corne. ibidem. dum inquit iuramentum religionis vitulum esse, quæ in pupillo nō cadit. Præterea subdit iuramentum in authent. obligationi & executioni substantiam & esse tribuere, vt est magis communis opinio: quo sit ut traditio, quæ subsequitur, sit irreuocabilis. Et ideo cum hæc in iuramento pupilli fieri non possint, etiam quod iuraret cum autoritate tutoris, merito in eo textu ponitur illa dictio, *puberum*, vt inquit Baldus ibidem. Et hanc opinionem tenere omnes usque ad Bartolum subdit Corne. ibidem, per ea quæ voluit Raphael. Sed sic est, quod doli capax delicto obligatur. l. impuberem. ff. de furt. cum similibus. & tradit Innocent. in capitulo primo, extra de delic. puer. merito vt impubes iuramento quoque obligetur, dicendum videtur, prout communiter dicunt Docttor. secundum Bartol. quia ita loquendo pertransit in dicta authent. & tenet eam locum habere in sacramentis impuberum doli capacum. & hanc opinionem subdit ibidem Corne. us esse verissimam de iure canonico, nec non etiam de iure ciuili, & vult prædictam authent. *sacramenta puberum*, procedere etiam in contractu alias nullo. Ratio autem est, quia impubes doli capax puberi equiparatur in delictis, tum etiam quia iuramentum efficit ut maior censeatur, & præsertim quia de iure canonico obligatur & iudex secularis illud obseruare compellitur, *capitulo licet mulieres*, de iureiurando. libro sexto. Et ideo sanctius videtur ius ciuile cum canonico concordare, vt scilicet, dum de pubere loquitur, ad impuberem extendatur, habentem tamen vim & effectum pubertatis, prout dixit Salycetus in his residens. subdit tamen Corne. eodem in loco, consuetudinem id non seruare, præterea quod tam ius ciuile quam canonicum pubertatem excipiunt, & ideo nos ex-

tendere non debemus, & ita fuisse publice disputatum inquit Angel. prædictis subsistens, & licet hæc conclusio tam de iure canonico quam ciuili, vt sentit Ange. subsistere videatur, prout etiam firmat Raphael, inquietus quandoq; impuberem dolii capacem iurando se diabolo obligare, vtpura si iuret super re præterita mendacium dicens, & ita loquatur text. in d. cap. i. extra de delic. puer. Quandoque vero non peccare, scilicet quando iurat super obseruantia contractus liciri & sic iurat datura: nam tale iuramentum non ligat, prout etiam non ligat contractus, & ideo transgressio iuramenti periurium non induceret: & præsertim quia iuramentum debet habere discretionem iurantis. cap. & si Christus, extra de iureiurando, quæ non videtur dari in impubere etiam proximo libertati. d. l. qua etate. ff. de testamento, & l. pupillus. ff. de acquir. hered. prout etiam videmus de iure canonico † impuberes vovere non posse quampiam religionem. capit. vestra, & capit. significatum, de iureiurando libro sexto. Pariter etiam iuramento adstringi non possunt, cum vtrunque Deo præstetur, vt voluit idem Raph. qui subdit his rationibus non dubitare gloss. opinioni prædictæ authent. *sacramenta puberum*, adhærendum esse tam de iure ciuili quam canonico. Verum subdit Corne. in d. cap. primo. extra de delic. puer. simpliciter loqui, nec magis de iuramento assertorio ex præterito, quam promissorio in futurum: & ideo simpliciter intelligendum esse. Nec tenendum pupillum † iuramento non obligari, cum ex contractu naturaliter obligetur. l. prima. ff. de nouatio. & tradit Bald. in l. pactum quod dotali. C. de collatio. inquietus iuramentum † impuberis solum Deum vltorem habere, & ex consequenti etiam vult, † vt impubes non seruans iuramentum, peccat: id qd dixit etiam Ang. in l. si quis pro eo, ff. de fidei usq. Nam licet impuberis iuramentum contraactum non firmet, contraueniens tamen peccat, vt ibidem ipse dicit: & ideo fundamentum Raphael. non subsistit. Quod autem de iure canonico idem sit in iuramento impuberis dolii capacis, quod in iuramento puberis, tenuerunt etiam Hoftensis, Ioan. Andr. Butrius & Imola in d. capit. cum contingat, extra de iureiurando. & idem voluit Raphael. in dicto capitulo quamvis, de pact. libro sexto, & voluit etiam Baldus in authent. quo ad ius canonicum, per te- xtum, in capitulo ex his, il secundo, extra de sponsa. & facit etiam generalitas d. c. cum contingat, & dicto ca- pitulo quamvis. & dicto cap. licet mulieres, de iureiurando, libro sexto,

Nec refert vt votum solemine † in impuberis locum nō habeat, propterea quin votum non solemine locum non habeat consequens non est, vt est iuramentum: & ideo subdit Corne. eodem in loco. Bartol. opinionem teneridam esse de iure canonico, quod sanc in foro etiam ciuili seruatur, vt est textus in dicto cap. licet mulieres. Hoc tamen ius canonicum inter Iudeos & infideles non attenditur, vt est tex. in dicto cap. gaudemus, vt dixit Baldus in corpore, qui tamen idem esse subdit in excommunicatis & haereticis, id quod, vt ibidem inquit Corne, est valde notabile, si procedit. Verum prosequendo rem propositam, Menochius in conf. 29. num. 37. inquit iuramentum impuberem non ligare, vt dixit etiam Ias. in d. auth. *sacramenta puberum*, num. 15. 19. & 20. C. si aduer. venditio. vbi numero decimo:

Quinto, querit Iaso. de impubere † doli capace, & sic proximo pubertati, an in eo locum habeat dicta auth. & inquit id esse valde ambiguum & valde necellarium, & ideo inquit Corn. cum dici proximum † pubertati si sit masculus à 10. annis cum dimidio supra. in feminina vero à nono cum dimidio, ut declarat gl. in §. pupillus. Instit. de inutil. stipulatio. & alibi, inquit ipsa gl. id in causis civilib. intelligendum esse: secus vero in criminalib. & præser-tim acriter puniendis, in quibus nunquam est doli capax proximus pubertati, etiam quod agat decimquartum annum, ut norat Bal. in l. excipiuntur. ff. ad Sillania. per illum tex. iuncta. l. in si. ff. de lib. exhib. & rursus idem Bald. in l. properandum. §. sin autem. C. de iud. verum, ut subdit Ias. in hac dubitatione gl. in d. auth. sacramenta puberum, & in d. §. item sacramenta, videtur innuere illam authent. in impubere locum non habere, etiam quod pubertati proximus sit, dum indistincte dicunt illam authent. locum non habere in impubere, & eam opinionem tenere inquit Petr. Cynum & Iacob. Batrig. moti per illum text. in verbo, puberum, quo ostenditur secus esse in impubere, & ideo cum illa auth. sit odiosa, & correctoria, extendi non debeat ultra casum suum, iuribus vulgaribus. Accedat etiam, quod discretionis ratio tam in pubere quam in impubere validior multum est: attamen quicquid sit, subdit Ias. quod in iure & equiparentur satis probabiliter disputando defendi posse, siue quis sit pubes vel proximus pubertati. d. §. pupillus, vbi est etiam de hoc gl. Nec dicendum esse eam authen. esse odiosam, sed potius fauorabilem, & extendendam & ideo gl. & Doct. in 10 versic. contractibus, extendit illam auth. † de contractu loquente, ut etiam in distractibus locum habeat, & quasi contractibus. Accedat etiam quod vbi agitur de obseruantia iuramenti, dicitur materia fauorabilis & extendenda, ut inquit Butr. in cap. fina. in prima fallentia, extra de consuetud. & tradunt Anchar. & Imol. in cap. quamus, de præben. lib. 6. & Gemin. in cap. 1. extra de tempo. ordin. in 6.

Præterea confirmatur, quia quando tractatur de animarum fauore, extensio etiam juris poenalis fieri debet, ut notat gl. in c. sciant cuncti, de elect. libro 6. & in c. fina. eod. tit. & Abb. in cons. 114. in questione mouenda inter Antonium, in si. vol. 2. Eandem opinionem inquit tenere eundem Bald. in d. authen. sacramenta puberum, & in d. l. pactum, quod dotali. C. de collat. & in d. §. item sacramenta. Mouetur autem ex eo quod in hac materia iuramentum est quoddam vinculum ad obseruantiam adstringens: ergo impuberem ligare non debet, etiam quod sit doli capax.

Præterea hanc opinionem confirmari subdit Ias. ibidem, num. 17. ex eo quod iuramentum † super contractu appositum plura operatur. Primum enim conualidat contractum, secundo beneficium restitutionis in integrum tollit, ut est text. in d. authen. sacramenta puberum, iuxta intellectum Martini communiter approbatum.

Præterea addit forum foro, ut notat Ioan Andr. in cap. fina. de foro competen. lib. 6. Merito prædicta in proximo pubertati locum habere non debent. Eandem quoq; opinionem tenet Ang. in d. authen. sacramenta puberum, inquiens ita vidisse Bononiæ in publica disputatione teneri, & in d. l. qui iurasse, & in d. l. si quis pro eo, in princ. ff. de fideiuso. & eandem opinionem inquit tenere Fulg. ibi, qui generalius

tenet prædictam authen. in pupillo doli capace locum non habere, siue de iure canonico per illum text. in verbo, puberum, ut supra diximus, siue de iure ciuili. <sup>7</sup>

Præterea idem firmat per fundamentum, quod Bart. obiectum tollere videtur: nam licet pupillus doli capax obligetur delinquendo, ut dixit Bart. in l. impuberem. ff. de fal. & c. 1. extra de delict. puer. & in l. auxilium, in si. ff. de mino. id tamen verum est, & locum habet, cum dolus præsens committitur, nam tunc propter dolum præsentem obligatur, prout etiam obligaretur, si falsum præsens iuraret.

Vbi vero dolus præsens non committatur, ut est quando iurat in contractu: quandoquidem si dicemus eum obligari, vtiq; propter dolum præsentem non obligaretur, sed ob consensum. Sed sic est, propter consensus obligari non potest, propterea quod tunc vnum deficit adiacentibus iuramento enumeratis in auth. ei qui. §. discretio. de nupt. ergo? Præterea inquit Iason confirmari optimo simili, & est huiusmodi. Prodigus plane iurando † non obligatur, ut notatur in l. is, cui bonis. ff. de verbor. obligat. at si delinquat obligatur, ut puta si inuidat propria authoritate, ut tradit glof. & sequuntur Doctor. in l. si quis in tantam. C. vnde vi, sed de hoc late suo loco dicetur.

Videtur præterea, ut ipse inquit, facere text. in cap. paruuli. 22. q. 2. Item hanc eandem conclusio nem sequitur Feder. de Senis in consil. 31. minori. & Castren. in d. l. qui iurasse, in prin. & latius in consil. 216. in Christi nomine. motus: nam licet proximus pubertati obligetur ex delictis ut iuribus præallegatis, punitur tamen tanquam impubes, non autem uti pubes, & ita etiam responderet ad text. in d. capitulo 1. extra de delict. puer. & ideo licet, ut ipse inquit, doli capax sit proximus pubertati, debet tamen & potest ad iuramenti obseruantiam compelli. d. cap. 1. extra de delict. puer. & cap. ex literis, il secundo, extra de sponsal. id tamen, ut ipse inquit, verum est in aliis casibus non autem in hoc, in quo iuramentum interponitur ad confirmandum contractum nullum, cum text. in d. authen. sacramenta puberum, non sine ratione dicat, puberum, & concludit quod etiam de iure canonico illam auth. puberem doli capacem non comprehendat. Vnde subdit Ang. ibidem, nu. 20. omissis leuioribus, vnum satis vrgere, & esse valde notabile, propterea quod ad hoc ut illa auth. locum habeat, ut iuramentum in partis præsentia præstetur opus non esse, cum etiam absente parte præstari possit, siue tempore contractus, siue ex intervallo, propterea quod quædam est ratificatio, ut concludit Bart. in d. auth. in 2. col. & Bald. in penult. accateri omnes ibidem, per regulam. l. Pomponius. ff. de neg. gest. si ergo absente parte præstari potest, ergo est actus, qui à sola vnius voluntate dependet: sed regula est, quod licet alias pupillus doli capax obligari possit, uti pubes: attamen id procedit & locum habet in iis, quæ à sola voluntate procedunt. & ideo voto non obligantur. l. 2. §. voto ff. de pollitatio. & per illum textum infert Bart. ad notabili m limitationem, † ut voluit Iason. in d. auth. sacramenta puberum, in l. prima, questio. secunda, C. de sacrosanct. eccles. & iterum tradit Bartolus in l. 1. §. 2. ff. de tut. dum inquit † impuberem doli capacem ad pias causas testi non posse, propterea quod testamentum à sola vnius voluntate pendet, ut in obligatio ni-

tionibus pupillus doli capax non obligatur. si igitur illud Bartol. fundamentum verum est, necesarior concludendum est, vt opinio Ias. procedat, vt ipse inquit eodem in loco. Nec sane tenendo hanc conclusionem, quam Legistæ, communiter tenent, responderi potest obiectis: & ideo subdit Iason singulariter limitandam esse, vt non procedat, quando impubes pubertati proximus contrahit cum aliquo, qui eum maiorem esse dubitet: & ei dolose persuaserit, quod esset adultus, propterea quod si deinde iuraret, vtique prædicta authent. *sacramenta puberum*, locum haberet. & ratio est, quia concurreret dolus, qui efficeret vt ipse iurans ex delicto obligaretur. & ita singulariter limitat Guilielm. de Cuneo in d.l. qui iurasse, in princ. motus potissimum per textum in l.3. in fin. C. si minor se maior dixerit, & ratio est, quia in eo casti dolose persuadendo, delinquere dicitur, & delinquendo obligatur, prout inquit etiam Angel. licet de Guilielm. mentionem non faciat, prout ibidem tradit etiam Paul. Castrens & Alexand. qui Paul. inquit non recordari legisse. & idem concludit Guido de Suza. in d. authent. *sacramenta puberum*, vbi arguit pro utraque parte.

Hæc tamen limitatio sublimitatur, nisi contrahens cum eo sit illi coniunctus, propterea quod in eo casu verisimile non esset, eum ignorare, vt est text. in l. octaua. ff. unde legit. & in l. qui tutela. C. de integr. restit. & hanc conclusionem Hippolyt. Marf. 125. numero 38. ad infantem, & furiosum, & eorum contractum non conualidare concludit. & Curti. Iun. in consilio 53. numero quarto, vult, vt prædictum iuramentum contractum impuberis nō suppleat. & quætit etiam quid dicendum sit, si vnuis ex fratribus sit pubes, alter vero impubes. Quærendum etiam est, quid de iuramento impuberis, si deinde pubes fiat, an contractum confirmet & obseruari debeat & adimpleri, in l. fin. §. fin. ff. de liber. caus. & gl. in capitulo penultimo. in versicul. vi rate. in fin. 22. quæst. quinta, vide de hoc Afflct. in d. cap. vnico. §. item *sacramenta*, in titulo de pace iuramen. firman. defend. & Ioan. Baptistam Bon. in tractat. de statu. vrb. precript. gloss. 19. numero 276. cart. 87. vbi vult: quod iuramentum præstitum à pubere vna cum impubere in re communi, non subsistat, & ideo pubes gaudet priuilegio impuberis.

Contrariam vero opinionem, quod immo dicta authent. *sacramenta puberum*, in pupillo doli capace, sicut in pubere, locum habeat, tenet ibi Bar. & in d. l. qui iurasse, in princ. & vt supra resulimus, ex eo præcipue mouetur, quod delinquendo obligatur. Ergo etiam pariter non obseruando iuramentum, propterea quod etiam in eo casu delinquere dicitur. Dicit tamen Ias. animaduertendum & recenter considerandum ob illud fundatum, quod ex quo proximus pubertati aliter dicitur in delictis, aliter in ciuilibus, quomodo conclusio nostra intelligenda sit, & quando, & quomodo pubertati proximus dicatur, videlicet an prout in ciuilibus de decem annis cum diuidio, vt supra intelligentum sit: & ideo subdit Iason credendum esse Docto. ita intellexisse, & præsertim quia in delictis acriter puniendis proximus pubertati non dicitur, nisi per sex menses pubertati proximus, non autem prius: & ideo magis inquit Iason diligenter considerandum esse, quod à nemine tactum inuenitur: id quod si verum est, maxime limitat, & restrin-

git dictam authent. *sacramenta puberum*, id tamen dicit Iason pro constanti non affirmare. Verum ad rem propositam redeundo hanc eandem conclusionem firmat Salycetus in d.l. iurasse, in princ. cum ea tamen limitatione, per quam partim sequitur hanc cōclusionem, partim vero aliam: Nam inquit ipse, quod si contractus erat validus, vtputa quia interuenierit tutoris authoritas & decretum iudicis, & tunc sequitur Bartol. opinionem: at si contractus sit inualidus, & tunc adhæret contraria opiniōni: plurimum tamen in hoc vacillare videtur. Præterea hanc opinionem Bartol. sequitur Castrens. sibi contrarius assērens, de iure ciuali verum esse, quod impubes licet sit proximus pubertati, non obligatur ciuiliter, sed naturaliter. At in eo dictam authent. *sacramenta puberum*, locum non habere, quod respicit ius ciuale, cum dicta authent. in pubere funderur. Nam verum non est, proximum pubertati in omnibus puberi æquiparari, & si quo ad hoc vt efficaciter obligetur, cum obligari dici possit, vt est in faciendo testamentum, cum pubes testari possit, proximus vero pubertati nequaquam. l. qui etate ff. de mino. Quinimmo proximus pubertati testari non potest etiam ad pias causas, vt voluit Bartol. in l. 1. in 2. quæst. in princ. C. de sacro sanct. eccl. Præterea proximus pubertati non exit de tute-la, pubes autem exit, vt habetur toto titul. Institut. quib. mod. tute. finia. Sed de iure canonico, quod potissimum animæ periculum respicit & peccatum, quæ non solent respicere iura ciuilia, vtique proximus pubertati non obseruans iusurandum delinquit, & peccat, propterea quod eo ipso quod iuramentum non seruat, peccat, & ideo habet locum d. authent. *sacramenta puberum*. Hanc præterea conclusionem subdit Iason probari in text. & gloss. d. c. ex literis, il secundo, extra de sponsal. iuncto. c. 1. extra de delict. puer ac iunctu notatis à Ioan. And. in d.c. cum contingat. de iure iurian. lib 6. & Arch. in c. 2. de pact. lib. 6. text. enim in dicto capitulo ex literis, principaliter in hæ materia adducitur. Præterea eandem conclusionem subdit Iason tenere Ludovic. Roman. in d. l. 10, cui bonis, motus principaliter per text. in d. capitulo ex literis, il secundo, & idem voluit Andreas de Ifern. in d. l. vnica. §. itē *sacramenta*, in titul. de pace iurament. firman. defud. & Hofiens. & Ioannes Andreas in d. capit. cum contingat, & Archid. in capit. quamuis, de pact. in 6. & eandem opinionem repetit Abbas quem omnino videoas, in consilio 108. volum. 2. illud in effectu quartatur, an pax facta. Hanc eandem conclusionem sequitur Ioan. de Imel. in d. c. cum contingat, in secundo membro principali, col. 10. ver. iuxta prædicta potest queri, vbi inter cætera in eo fundatur principaliter, per tex. in d. c. ex literis il secundo, & idem voluit Alex. in d.l. qui iurasse in prin. vbi inquit, q̄ licet Legista cōmūniter contrariam opinionem sequantur, hanc tamen inquit de iure tueri ac defensari posse: & mouetur, quia d. auth. *sacramenta puberum*, cum respiciat fauorem anime, extendenda est. & ideo glos. & Doct. ibi eam ad distractu extundunt, & quasi contractum. dicit tamen Ias. huic argumento responderi posse, quod in distractu vel quasi contractu semper discrecio adest, quæ in iuramento requiritur, & in impubere non reperitur doli capace, licet capacitas doli talem discretionem admittere videatur. Item mouetur ex eo, quod vbi cunque agitur de iuramenti obseruantia, de materia fauorabili

agi dicitur, & ideo extendenda, ut supra dictum fuit, tum etiam, quia in materia iuramenti iuri canonico standum est. c. 2. extra de iure iur. in 6. De iure autem canonico impubes doli capax iuramento obligatur. d. capit. ex literis, il. 2. Præterea ultra prædicta subdit Iason plurimum facere hoc hac opinione, quia iudicando in dubiis opinionibus, prout est hæc de qua agimus, illi opinioni inhaerendum est, quæ animæ fauet, & religioni. sunt persone, vbi late dixi. ff. de relig. & sumpt. fune. Vnde subdit Iason cogitandum esse, propterea quod hæc conclusio fundatur in text. in d. c. ex literis, extra de sponsa. & iterum subdit ibidem Iason cogitandum, an ita disputando responderi possit, ut scilicet text. in d. capi. ex literis, ad rem nostram non faciat, propterea quod in diuersis terminis loquatur, scilicet in iuramento promissorio de futuro: nos vero de iuramento confirmatorio loquimur, ac litis decisorio. Magna namque est differentia tamen inter iuramentum promissorium vel confirmatorium, ut declarat Bartol. in d. authent. sacramenta puberum, & notat Bald. in d. l. vnic. §. item saeramenta, in tit. de pace iuramen. firm. in feud. id tamen non probat ibidem Iason propterea quod talis differentia à iure civili procedit, non à canonico, quo iuramentum promissorium de futuro ita est obligatorium, ut sunt alia iuramenta. Præterea hanc conclusionem de proximo pubertati, sequi videtur Ioannes Igneus in d. auth. sacramenta puberum, num. 14. & 15. C. si aduer. vend. vbi etiam inquit, quem dici pubertati proximum à 10. anno cum dimidio, per text. in d. §. pupillus, Institut. de inutilib. stipulatio. & Anton. de Petrutia in l. 1. numero 41. ff. de iure iur. vbi vult feminam ab anno nono cum dimidio proximam dici pubertati. vbi etiam numero 139. voluit, proximum pubertati obligari ob id quod in dubio animæ fauendum sit & religioni: nam tenenda est illa conclusio, quæ fauet animæ & religioni, ut etiam hac eadem ratione tenuit Ioannes Igne. in d. authent. sacramenta puberum, numero 14. & 55. C. si aduer. vend. Videatur igitur in hac conclusione cōcludendum, iuramentum impuberis non ligare, cum iura illud potissimum velle videntur, impuberis iudicium & consensum non habere. Vnde Paulius iureconsultus in l. cum prætor, versi. quidam enim. ff. de iud. inquit, quosdam lege impediri, ne iudices sint, quosdam moribus, quosdam natura. Natura, ut surdus, mutus & perpetuo furiosus, & impuberis, quia iudicio carrent. Cum igitur impuberis perpetuo furiosis comparentur, vtique dicendum est, Iureconsultum præsupponere ut durante impubertate iudicium non habeat, & ideo proculdubio iuramento non ligetur: cum ut supra vidimus, & infra latius suo loco dicetur, iudicium sit vnum ex illis tribus quæ in iuramento concurrere debent. Verum animaduertendum est, aliquando etiam in infante consilium ac iudicium considerari, ut inquit Vlpianus in l. sed & si. versi. sed & si infans. ff. ad l. Aquilam. dum inquit, sed & si infans damnum dederit, idem erit dicendum quod si impubes id fecerit, Labeo ait: Quia furti tenetur, teneri & Aquilia eum, & hoc inquit text. putare verum, si sit iam iniuria capax. & glos. ibi in verbo, capax, exponit proximum pubertati, ut habetur in l. pupillum. ff. de regul. iur. & l. impuberem. ff. de furt. & §. fin. Inst. de oblig. ex delicto. & l. si ex causa. §. nunc videndum. ff. de mino. Posset fortasse

etiam ad hoc considerari illud, quod inquit Vlpianus in l. 1. §. si. ff. commod. vel contra. cum ait, impuberis commodati actione non teneri, quoniam nec consistit commodatum in pupilli persona, sine tutoris autoritate, vsque adeo ut etiam si pubes factus dolum aut culpam admiserit, hac actione non teneatur, quia ab initio non consistit. & in l. 1. §. 1. ff. de pecul. vbi dicitur, si cum impubere filio familiæ, vel seruo contractum sit, ita datur in dominum vel patrem de peculio actio, si locupletius eorum peculum factum sit. & Bartol. in hoc textu opponendo quod imino videatur pater vel dominus teneri quatenus est in peculio, ut habetur in leg. prima, in in princip. ff. de pecul. soluit ex eo, quod ibi sit speciale: eam autem specialitatis rationem esse posse arbitratur, quod cum pater vel dominus granentur in uno, ut scilicet quod si seruus vel filius famias minor laedatur ob eorum facilitatem non restituuntur, ut l. 3. §. fin. ff. de minor. in hoc releuetur, ut de peculio non teneatur, sed tantummodo quatenus peculium est locupletatum, argumento. L. eum, qui. in princip. ff. de iure iurand. Et hac de causa dixit Papinianus in l. fin. ff. de iur. & facti ignor. impuberis sine tutori agentes nihil posse, aut scire intelligendum esse. Et Caius Iureconsultus in l. extipuntur. ff. ad senatus consult. Sillania. & Claudius etiam inquit, excipiuntur in eodem senatus consulto Sillaniano impuberis serui. Tiebatit autem Germanus legatus etiam de impubere sumi iussit supplicium, & tamen non sine ratione. Nam is puer nec multum à pubertate aberat, & ad pedes domini cubuerat, cum occideretur, nec postea cædem eius prodiderat. Ut enim opem ferre eum non potuisse constabat, ita silentium præstissime etiam postea certum erat, & iis duntaxat impuberibus senatus consulto parci credebat, qui tantum sub eodem techo fuissent; qui vero ministri vel participes cedisse fuissent, & eius ætatis (quamquam nondum puberis) ut rei intellectum capere possent, iis non magis in cæde domini quam in nulla alia causa parci oportere. Et sic patet ex hoc text. Iureconsultum ad illud potissimum respexisse, quod impuberis rei intellectum capere possint, & ideo quia id difficile est, ex quo alij sunt perspicatores in minori ætate, alij rudiiores in maiori: merito leges statuerunt tempus pubertatis 16. annorum: nam illius ætatis viri iudicium habere præsumuntur, ac etiam eorum cognitionem, quæ agunt, & ideo notat ibi Bar. impuberis puniri, vbi cunq; eorum dolus evidenter appareret, ut ibi habetur. Dici igitur fortasse potest pro clariori rei propositæ interpretatione iuramentum eos ligare & obligare, vbi cunq; tales contractus vel actus petegerint, in quibus pertendis appareret impuberis intelligentia ac iudicium. Et ideo Vlpianus in d. l. impuberem. ff. de furt. inquit, impuberem furtum facere posse, si iam doli capax sit, Julianus libro 22. Digestorum scripsit. Item posse cum impubere damni iniuria agi, & furtum ab impubere sit, sed modum esse adhibendum ait: nam in infante id non cadere nos putamus, cum impubere culpæ capace, Aquilia agi posse. Item verum est, quod Labeo ait, nec ope impuberis furtu facto teneri eum. Item rufus Vlpianus. l. 2. §. doli mali, versi. in impuberem. ff. vi bono. rapto, inquit in impuberem, qui doli mali capax non est, non dabatur, nisi seruus ipsius vel familia eius admisisse

misere proponatur, & pariter in l. verum. ff. de instit. at. habetur, q. pupillus, ppositus vt institutor, tenetur tantummodo quatenus est effectus locupletior. Confirmatur præterea cōclusio prædicta & declaratur ex iis, quæ dixit Aulus Gellius libro decimo, capite 28. *Noctium Atticarum*, dum ibidem inquit: Tuberio in historiarum primo scripsit Tullium Regem populi Romani, cum illas quinque crasesses iurium census faciendi gratia institueret, t' pueros eos esse existimasse, qui minores essent annis septendecim: & inde ab anno decimo septimo quot 16 idoneos iam esse reipublicæ arbitraretur, milites scripsisse, eosque ad annum quadragesimum sextum iuniores supra eum annum seniores appellasse: Eam rem subdit Gellius ideo notasse, vt discrimina quæ fuerunt iudicio moribusque maiorum, pueritiae, iuuentæ, senectæ ex ista cessione Seruji Tullij prudentissimi Regis nosceretur. Patet ex prædictis Seruium pueros existimasse minores annis septemdecim & tales, qui iudicium & rerum peritiam non haberent: sunt autem nonnulli ita perspicaces, vt talia optime perspiciant, & sciant, quid agunt. Nam Plutarchus in vita Catoris iunioris inquit. Puer adhuc cum esset Cato, Latini summo studio conati sunt vt in ciuitatem recipientur. Qua de causa cum Pompeius Sylo vir militaris summaque inter socios authoritatis propter amicitiam, quæ sibi cum Druso erat, domi eius multos dies obuertaretur, puerisque familiarior factus eos rogasset, vt Socios populi Romani in impetranda ciuitate apud auunculum iuarent, Cæpione id se facturum comiter significante: Catone vero nihil ad hoc respondentem, sed oculis tortue in hospites fixis & intentis: Quid tu, inquit Pompeius, ad hæc iuuenis respondes? nunquid non iuare hospites apud auunculum quemadmodum frater potes. Vbi vero nihil Cato respondisset, sed taciturnitate & vultu negare videretur, prehendens iuuenem Pompeius per fenestram inde habiturus, si illum, nisi precibus annueret comminatus est: atque ita manibus suspensum efferens minaci vultu & acerba voce concussit. neq; tamen ab incepto mouere illum potuit. Itaq; deponens eum Pompeius ad socios reuersus, gratulemur inquit nobis hunc esse puerum, qui si vir esset, nullo modo ciuitatem sperare liceret. Item subdit à quadam ex cognatis ad coenā natali vocatus, cum ceteri pueri in quadam parte ædium luderent, admixti simul minores & maiores natu (erant autem eorum ludi iudicia, & accusations & detrusiones in carcere) vno ex pueris forma insigni, qui à maiore in cubiculum ductus & per vim exclusus erat vociferante: Cato intellecta rei fæditate currit ad ostium, atque iis, qui aditum prohibebant vi deieatis, puerum eduxit, itaque incensus domum abiit, cæteris pueris vna Seium abeuntibus, ita vero inter pueros clarus erat, vt cum Lucius illum equestrem lundum, quem Troiam vocant, edere statuisset, ac delectis patritiis pueris duos præfecisset, alterumque pueri acceptarent gratia matris (erat enim filius Metellæ vxoris Sillæ:) alterum vero, qui Pompej nepos erat, Sextum nomine, nec recipere, nec sub eo ludere vellent: interrogati à Silla, quem sibi ducem optarent: omnes vno ore Catonem deposuerat. Quin etiam ipse sextus se vltro Catoni submisit. Erat l. Silla Catoni ac fratribus paternus amit-

cus: quare sæpe illos ad se vocabat, & inter suos habebat, paucissimis hunc honorem familiaritatis per insolentiam tribuens. Grate igitur hoc accipiens Sarpedon paedagogus, plurimumque existimans huiusmodi amicitiam pueris cum ad honorem, tum ad securitatem cōducere frequenter ducebatur eos ad Sillam, cuius domus per id tempus nihil à carnificina quadam differebat. Erat tunc Cato quatuordecim annorum, videsque ceruices clarorum virorum ad Sillam deferri, atque eos qui aderant clanculum misereri à Sarpedone: quæsivit, cur hanc talem virum nemo trucidaret. Respondente autem Poedagogo, quia plus timent Sillam homines quam oderint: Quamobrem mihi inquit gladium non dabas, vt patriam seu huius dominatul liberarem. Hæc cum audisset Sarpedon & simul acritatem vultus conspexisset, usque adeo territus est, vt reliquo tempore diligentissime puerum obseruaret, ne quid temere contra Sillam moliretur parvulus, quem maxime amaret. Rursus ac sæpius eodem modo interrogatus, semper fratrem respondendo interrogantem flagitauit. Item Suetonius Tranquillus in vita Tiberij, capite sexto, inquit, nouem natus annos defunctum patrem pro rostris laudasse, & deinde pubescentem Actiaco triumpho currum Augusti comitatum esse sinistri funali equo, cum Mærullus octauiae filius dexteriore veheretur. Præsedid & Acticis ludis & Troianis circensisibus ductor turmæ puerorum maiorum. De pubertatis autem tempore tradit Modestinus in l. *Mella ait. ff. de alimento. & cibar. legat.* vbi inquit Modestinus. *Mella ait*, si puere vel pueræ aliamenta relinquuntur, usque ad pubertatem deberi, sed hoc vetum non est: tamdiu enim debebuntur, donec testator voluit: Aut si non appareat, quid sentiat, per totum tempus vitæ suæ debebuntur. Cæterum si usq; ad pubertatem alimenta relinquuntur, si quis exemplum alimentorum quæ dudu' pueris & pueris debebantur, velit sequi, sciat Adrianū constituisse, vt pueri usq; ad decimum & octauum annum, pueræ usq; ad decimum quartu' annorum alantur. & hanc formam ab Adriano datam obseruandæ esse Imperator noster rescripsit. Sed & si generaliter pubertas non sic definiatur, tamen pietatis intuitu in sola specie alimentorum hoc tempus ætatis esse obseruandum, non est inciule, sed si alimenta, quæ viuus præstabat reliquerit, ea demum præstabuntur quæ mortis tempore præstare solitus erat. Quare si forte varie præstiterit, eius tantum temporis præstatio spectabitur, quod proximum eius morti fuit. Quid ergo, si cum testaretur minus præstabat plus mortis tempore vel contra? Ad hoc erit dicendum, eam præstationem sequendam, quæ nouissima fuit. & sic patet ex eo textu apparet Modestinum voluisse adolescentium alij hebetiores, alij perspicaciores: adolescentium enim nonnulli ita perspicui ingenij sunt, vt cum attigerint. 10. vel 12. annum, ea intelligant quæ rustici & alij hebetiores, etiam quod essent 20. annorum, non intelligerent: & ideo cum habeamus regulam, etiam de iure canonico de qua supra vidimus, quod vbi datur error, iuramentum non liget, merito etiam in re proposita dicendum videtur, & pro regula ponendum, impubere regulariter iuramento non ligari: illi autem, qui talis sunt perspicacis &

ingenij, vt ea quæ agunt, perfecte cognoscunt & intelligunt, ligentur & obligentur, & ita procedant ea, quæ supra dicta sunt.

## C A P. CCCXXVII.

A R G U M E N T U M.

## De impuberi ætate &amp; eius delictis &amp; differentiis.

S V M M A R I A.

- 1 Impubes, an exheredari possit.
- 2 Impubes ingratius esse non potest.
- 3 Corporis habitus diuersi.
- 4 Aetatis multi gradus, & qui sint.
- 5 Infantes, qui non fuerint.
- 6 Iuuentus ætas.
- 7 Pubertati proximus quod sit ille, qui est 10. annorum.
- 8 Pupilli ætas non suppletur ita, vt pupillus proximus pubertati testamentum facere possit.
- 9 Impubes, quando religione iuramenti adstringuntur.
- 10 Iuramentum, an confirmet contractum pupilli.
- 11 Pupillus etiam doli capax, non dicitur deierare, nisi in casu speciali.
- 12 Iusurandum illud, quod iuramentum requirit, non cedit in pupillum, licet sit proximus pubertati.

**V**erum teneendum ad principalem conclusio-  
nem, Ioannes Corasius in l. si testamento, numero 52. C. de impuber. & alius substitutio. quærendo, an  
1 impubes † exheredari possit, inquit, quod cum  
exhereditatio ingratitudinem præsupponat, authent.  
non licet. C. de liber. prater. impubes autem ingra-  
tius esse non possit. l. si quis in suo. §. legis. C. de inoffic.  
testament. vt impubes exheredari non possit, di-  
cendum videtur. & ideo subdit Corasius ex sen-  
tentia Accursij dicendum esse in §. quacunque, In-  
stitut. de pupill. substitutio. & ex iis, quæ tradunt Ol-  
dradus & Bartolus in l. moribus. §. quisquis. ff. de vul-  
gar. & pupillar. verum esse, † impuberem doli in-  
capacem ingratum esse non posse. d. l. si quis in suo.  
§. legis. C. de inofficio. testament. & ideo neque exhe-  
redari. Cæterum si proximus pubertati & doli ca-  
pax sit, nihil impedire quominus ob impium fa-  
cinus exheredetur: nam & apud Caium laudatur  
Tiberius, quod de impubere (qui non multum  
à pubertate aberat) sumi fecit supplicium. d. l. ex-  
cipiuntur. ff. ad Sillan. Ex his enim verbis duo colli-  
guntur: vnum est, vt non sufficiat quod sit proximus  
pubertati, sed etiam quod sit doli capax, id  
3 quod plerunque accidit: Nam regulariter † diuer-  
si sunt habitus corporis: alij namque citius, alij  
tardius pubescunt. Videtur igitur hæc duo con-  
currere debere, vt dicitur in d. l. excipiuntur. ibi, non  
multum à pubertate aberat. Nec inquit intelligere  
de eo, qui est annorum nouem cum dimidio: nam  
(vt inquit Corasius in l. precibus numero 26. cum se-  
quent. C. de impube. & alius substitut.) † multis æta-  
tis nostræ gradus apud veteres inueniri certum est,  
videlicet septem supremus ille medicorum Anti-  
stites Hipocrates fecit. Horum primus est ad septi-  
mum usque annum, secundus ad quartumdecim-  
um, tertius ad duodecimannum, Quartus ad 35.

Quintus ad duodequinquagesimum, sextus ad quin-  
quagesimum sextum. Septimus & postremus ad ex-  
tremum humanæ vitæ annum perducit. Seruus ve-  
ro Grammaticus diuidit in quinq; videlicet infantiam, pueritiam, adolescentiam, iuuentam & sene-  
ctam. Accutius vero quatuor tantuæ gradus facit in l. hereditatum. ff. ad l. Falc. Glos. vero in proce-  
mio sexti, quam sequitur Corasius in loco supra  
relato, atque ex Iureconsultorum aliorumque Le-  
gumlatorum perite ita partiendas esse ætates dicit,  
vt scilicet primuñ nascantur infantes, quia ita vocan-  
tur ad septimum usque annum, siue mares, siue fœ-  
minæ sint. l. si infanti. C. de iure deliber. & cap. 1. extra de  
despons. impub. lib. 6. & tradit gl. in l. prima, ff. de leg. ter-  
to. Quamquam subdit Corasius, se non fugere la-  
tine infantes interdum grandiores dici, qui tamen  
indiserti sunt, Cicero de claris Oratoribus: † Scipi-  
onem ipsum accepimus non infantem fuisse: & pau-  
lo post atque etiam Libonem non infantem video  
fuisse, vt ex eius orationibus intelligi potest. Et sic  
ponitur pro eo, qui non est eloquens & facundus  
indicendo. A septimo vero usq; ad quartumdecim-  
um in masculis, & duodecimum in fœminis, im-  
puberes siue pupilli dicuntur. §. nostra autem maie-  
star. Institut. quib. mod. tute finia. & l. si. C. quando tute.  
vel cur. defin. & l. pupillus. ff. de verb. signif. Ab ea autem  
ætate usq; ad 25. annum, puberes, siue maiores pas-  
sim vocantur, vt habetur in toto tit. ff. de mino. & §.  
fin. Inst. quib. ex caus. manu. nō licet. & §. 1. Inst. quib. mod.  
tute finia. & hanc ætatem pleriq; adolescentiam ap-  
pellant, quod cum sanguine simul perturbationes  
animi effrenatius crescant & adolescent. Quarta  
ætas † iuuentus dicitur, quæ ab ætate 25. annorum  
usq; ad 50. durat, in qua ætate qui sunt, robustæ æta-  
tis esse dicuntur, vt tractauimus de pban. morte Filiario.  
& Tabelliona capite ..... & de hoc habetur in l. si mari-  
tus. §. lex Julian. ff. ad Iuliam de adult. hanc etiam æta-  
tem perfectam quandoq; Iureconsultus appellauit. l. minor ex aspectu. ff. de mino. de qua extat Vlpij  
Marcelli Iureconsulti elegantissima constitutio:  
Iuuenis (inquit ille in l. non aliter. §. Titius. ff. de leg.  
3.) is extinari potest, qui adolescentis excelsit  
ætatem quo ad incipit inter seniores numerari, vt  
est text. in capitulo iuuenis, extra de sponsal. & tradit  
Bartolus in l. prima, C. de emendatio propinquu. Ab ea  
vero ætate usq; ad annos septuaginta, senectus  
durat, vt inquit ibidem Corasius. capit. 1. & 2. dere-  
nunciatio. libro 6. & d. l. non aliter. §. fina. & ibi tradit  
Accurs. Quod sane scire non est infructuosum tantum  
ad rem propositam, quam ad alias: nam à septem  
annis, quibus durat infantia usq; ad quartumdecim-  
um annum sunt multi anni, ita vt à decimo cum  
dimidio, usq; ad quatuordecim, sit tres cum dimi-  
dio, in quibus annis cum homo perficiatur, de mo-  
mento ad momentum sit magna & notabilis muta-  
tio. Et ideo videtur quod sint proximus puber-  
tati, cum sit prope pubertatem per annum vel circu-  
la, prout etiam dicitur, quod de proximo acci-  
gendum habeatur pro accineto. Ultima vero ætas  
abinde, quæ est sexta dicitur aliarum ætatum tan-  
quam fabula, vt Cicero lib. de senectute inquit,  
operatio & terminus ad centum usque annos per-  
durans: nempe is est finis vita longæ hominis.  
l. an vsufructus. ff. de vsufruct. & l. vt inter diuinum.  
C. de sacrosand. eccl. vt diximus late in tracta. probande  
mortis, ubi multa deduximus de longua vita homi-  
nis,

nis, multos referendo, qui multos alios ultra centum annos excederunt, in capite..... & ideo qui eam metam attingunt in cymba Charontis alterum pedem (vt est in proverbio) habere dicuntur, & apud nos in fouea. & ideo Capulates senes appellantur, id est capulo intimus, vel morti contiguus, & mox capulo efferendus, reumque capularem dicebant, quod capulo dignus esset. Illud tamen eodem in loco subdit Corasius prætereundem non esse ab ætate 25. annorum usque ad extremum humanæ vitæ diem à Iureconsultis hoc solo nomine maiores appellari. Verum ad rem propositam redeundo, & eos qui pubertati proximi dicuntur. Rolandus à Valle in consil. 57. num. 25. volum. i. inquit, proximum  
 7 † pubertati eum esse, qui est annorum 10. cum dimidio supra: nam haec etas communiter dicitur proxima pubertati in masculo, vt dixit Ang. in d. §. pupillus, Inst. de inutilib. stipul. & Ias. in l. properandum. §. & si quidem, col. 1. C. de iudic. & Bar. in l. 1. colum. 2. ff. de nouat. & Corne. in consil. 240. vol. 1. Illud autem ad hoc prædictis addendum est, quod inquit Dilectus Durans in tract. de arte testandi, in tit. de his, qui non habent factio[n]em testament. caut. 5. num. 1. & 2. dum inquit, quod licet pupillus testamentum facere non possit. ff. de testamen. & malitia quo ad hoc non suppleat,  
 8 adeo ut † pupillus dolii capax testamentum facere possit l. fina. C. de testam. mil. vbi per Dd. & tradit Barbara. in c. Rainutius, colum. 28. extra de testamen. & procedit etiam si pupillus velit testari ad pias causas, vt inquit Bart. in l. 1. quest. 2. C. de sacro sanct. eccles. atamen si detur causus, vi videtur honestum, vt pupillus de bonis suis disponendi potestatem habeat, ad hoc vt pupilli dispositio potestatem habeat, illud remedium adhibendum inquit, vt pupillus dolii capax de bonis suis in euentum mortis donando disponat sub ea conditione, si decesserit in pupillari ætate, & huiusmodi dispositione iureiurando confirmet, nam tunc talis dispositio omnino subsistet, vt voluerunt Bart. & Alexan in l. qui iurasse ff. de iureiur. & Ias. post Bart. in authen. sacramenta puberum. C. si aduers. venditio & tradunt etiam Canonistæ in c. 1. extra de delict. puero. propterea quod etiam talis 9 impubes † religione iuramenti adstringitur. l. fina. ff. de liber. causa. & cap. paruuli, 22. questio. 5. & late supra dictum fuit & probatum ultra eos, quos supra retulimus.

Præterea quatenus pertinet ad rem propositam, Franciscus Marci in questio. 122. usque ad finem, 10 hanc conclusionem declaras, & ideo querens, † an iusurandum confirmet, & robur det contractui pupilli, seu impuberis pubertati tamen proximi dolique capacis, & quando quis datur proximus pubertati, & quid iuris de iureiurando judiciali, inquit in primis dubiam aliquod facere tex. in d. c. ex literis, il 2. extra de sponsalibus, vbi habetur, sponsalia impuberum iureiurando confirmata subsistere, & sponsos obligare, & inquit ad hoc facere text. in c. 1. & 2. vbi habetur, pueros grandiores & dolii capaces, vt deierent dici posse & delictum committant, inquit autem glos. in d. cap. 1. grandiusculus ille dicitur, qui septem annos excedit. & id potissimum de iure canonico locum habet, & præsertim quando iuramentum sine interitu salutis eterne seruari potest, cum iuramentum sit de iure diuino, vt ibidem per eum. Subdit tamen Francisc. Marci in contrarium facere, † quod pupillus etiam dolii capax deie-

re non dicitur, & quod plus est eidem iuramentum deferri non posse in eius præiudicium. l. qui deierare, & l. iusurandum. §. pupillis ff. de iureiur. & l. videamus, in princ. ff. de in litore iuran. nisi in casu speciali præstationis operarum. l. ff. de liber. causa. & pro hac conclusione inquit facere. d. authen. sacramenta puberum. & text. in cap. 1. §. item sacramenta, in tit. de pace iuramen. firman. vbi specifica fit mentio de impuberum iureiurando puberum, & ideo inferatur secus esse in iureiurando impuberum. & subdit ibidem Francisc. Marci. num. 10. hanc conclusionem esse magis quam, & Andreas de Ifernus in d. cap. 1. §. item sacramenta, in titulo de pace iuramento firman. differentiam esse inter proximum pubertati, & dolii capacem, vt & nos quoque supra latis concludenter ostendimus, quia vbi non est dolii capax, etiam si sit minor 14. annis, etiam uno die, acutum & contractum impuberis non confirmat. At secus si dolii capax dicatur, ex quo malitia supplet ætatem. l. 1. & 2. C. de his, qui veniam atatis impetrat. Et ideo inquit in tali casu potissimum officium iudicis versari & attendendam & inspiciendam esse personam qualitatem, vt notat gl. quem sequuntur Doct. in d. c. puberes: & voluit etiam Abbas Panorm. in d. cap. 1. extra de delict. puero. & pro hac parte inquit facere gl. in d. c. quanuis, de pæt. lib. 6. in verbo, obseruari. Quæ quidem innuere videtur oportere quem esse puberem ad hoc vt eius iuramento sit locus & seruari debeat, id quod ibidem tenet Georgius Nata in d. c. quanuis, in quarta fallentia, super d. gl. in verbo. seruari, quando contradic alias esset nullus. Quo vero ad iusurandum iudiciale, vbi tractatur de commodo pupilli, & iuramentum defertur à parte parti, potest pupillus & impubes iurare. d. l. qui iurasse, in princip. ff. de iureiur. secus vero in iuramento iudiciali, quod defertur à iudice parti. l. videmus. §. 1. ff. de in litore iuran. At si quæramus de iuramento de veritate dicenda in casu criminali, & tunc pupillus vel impubes dolii capax licentia tutoris vel curatoris utique iurare potest, vt notant Doct. in l. clarum. C. de auhor. præstan. & in l. certum. §. sed an & ipsos. ff. de confes. & ibidem Bartol. in fi. & idem tenet glos. in dicto capitulo paruuli, vigesima secunda, questio. quinta. siue loquamur de iuramento credulitatis calumniae, siue de iuramento veritatis, vt inquit glos. ibidem. Nam ab impuberibus & timidis sumitur initium quæstionis. l. vnius, in princip. ff. de questio. & impubes etiam pro veritate dicenda ferula cædi potest. l. 1. §. impubes, & l. excipiuntur. ff. ad Sillania. & id ad inquirendum, non autem ad puniendum, vt inquit glos. in l. fina. C. de his, qui vt indig. de quo ibidem tradit Bart. & cateri. An autem in hoc casu in integrum aduersus confessionem, habetur in d. l. certum. §. sed an & ipsos, & tradit iterum glos. in d. cap. paruuli. licet in atrocioribus minor non restituatur aduersus propriam confessionem. vt inquit Bart. in l. auxilium ff. de minor. & de hac materia, an pupillus vel adultus de credulitate iurare possint, tradit glos. & sequuntur Doctores in l. 2. §. quod obseruari. C. de iuramen. talum. & l. 1. apud quem. C. de eden. & quid in testimo[n]io, habetur in l. inuiti, la seconda, cum l. sequenti. ff. de testibus.

Præterea hanc eandem conclusionem, videlicet quod impuberum & præsertim dolii non capacum iuramentum non teneat, tradit Portius in consil. 19. num. 39. & 46. volum. 1. dum ibidem in eo

vim facit, quod illæ filiæ prouersus impuberis essent, & earum maior pars dolii non capaces. Itidem hanc eandem conclusionem sequitur Menochius in consil. 29. num. 36. & 37. dum inquit, tale iuramentum non ligare, quia deficit vnum ex requisitis in iuramento, videlicet iudicium: nam pupillus quicquid videt, ignorat. l. 1. §. impuberis. C. de falsa moneta. Et id etiam inquit locum habere in proximo pubertati, & ideo dixit Corne. in consil. 240. num. 5. volum. 1. licet antea, num. 4. contrarium dixerit, iudicium † illud quod requiriatur in iuramento, in pupillo non dari, etiam quod sit proximus pubertati; attamen, num. 5. dicit contrarium esse verius in impubere dolii capace. Vnde videtur differentiam facere, an sit dolii capax, nec ne, licet sit impubes pubertati proximus. & rursus idem tenuit Corne. in consil. 187. num. 7. volum. 3. vbi expresse vult, vt dolii capaces liget & iuramento teneantur, & Augustus Berous in consil. 22. num. 21. volum. 2. Contrariam vero opinionem, videlicet quod iuramentum impuberum eos non liget, tenuit Corneus sibi contrarius in consil. 178. num. 12. volum. 3. & si ibi dicat fortasse non fuisse proximos pubertati, item & Stephan. Bertran. in consil. 177. num. 3. 4. & 5. volum. 2. & Afflict. in cap. 1. §. item sacramenta, num. 7. in tit. de pace iura firmam. Hanc conclusionem limitat Socin. junior in consil. 55. numero 5. volum. 3. in matrimonio, propterea quod iuramentum impuberis de matrimonio contrahendo seruari debet, vt est text. in d. c. ex literis, il. 2. extra de sponsali.

## C A P. CCCXXVIII.

ARGUMENTVM.

Iuramentum metu factum an valet.

## SUMMARIUM.

- 1 Iuramentum non conualidat actum per metum gestum.
- 2 Iuramentum, quando confirmet actum ipso iure nullum.
- 3 Testibus centum quid factum esse deponentibus duo alii de metu deponentes preferuntur.
- 4 Conatu, vel ipsius metu fieri, paria sunt.
- 5 Instrumentum à carcerato initum est inualidum.
- 6 Carcer, iustus metus & tortura species est.
- 7 Mortuus in carcere, in cruciatu mortuus dicitur.
- 8 Tortura etiam si non probetur, satis est detentum probare, vt confessio tormentorum metu facta dicatur.
- 9 Carceratus, quæ agit, metu facere dicitur.
- 10 Contractu corridente, & iuramentum in eo apposatum corruit.
- 11 Accessorium etiam ipso principali dignius, naturam illius sequitur.
- 12 Iudicium in iniustum reddi.
- 13 Mala omnia ferre conducibilius est, quam malo consentire.
- 14 Iuramentum per metum extortum, an & quando obliget.
- 15 Iuramenti assertori & promissori differentia.
- 16 Absolutio à iuramento concedenda est, si metus iustus fuerit.
- 17 Aestimationis, seu dignitatis periculum seu iactura, vita comparatur.

**A**dendum predictis preterea est, vt inquit Be-  
rous in questione 100. num. 14. volum. 1. † actum †  
permetum gestum, etiam quod deinde iuramen-  
tum accedat, non subsistere nec confirmari, vt post  
alios quos ipse supra adduxit, & nos retulimus, inquit  
voluisse Felin. in cap. 2. colum. penult. post principium,  
versic. & declarata primo, extra de sponsalib. & Imola in d.  
cap. cum contingat, colum. 8. vbi tradit Abbas. in colum. 2.  
extra de iure iuram. & Philip. Franchus in c. quamvis pa-  
ctum, colum. 5. versic. in glos. in verbo, non vi, de pact. lib.  
6. & Paul. Castron. & Franc. Aret. in l. interpositas, vt ibi-  
dem ipse latius prosequitur. & ideo Vitalis Cambanus  
in tracta. clausula. in cap. fina. incipiente, videamus, nu-  
mero 1. pag. 488. inquit, Hostien. in summa, in tit. quod  
met. causa, in §. in hac autem, voluisse vt iuramentū vi  
vel metu extortum neminem obliget, argumento c.  
inter cetera. & c. Lotharius. 31. quest. 2. & c. 1. 15. quest. 6.  
Alanus vero ita distinguebat: Aut iurans animula  
& intentionem implendi habet, & tunc obligetur:  
aliоquin autem non obligetur, vt habetur in cap. 1.  
inf. extra de obligatio. ad ratio. Item hanc conclusio-  
nem similiter Iodocus Damhouderius in tractatu  
patrocinii pupillo, um, cap. 7. num. 49. sequitur &  
voluit, iuramentum vi & metu extortum & præsti-  
tum non cōualidare, nec confirmare. Et hæc con-  
clusio maxime procedit de iure ciuili, vt habetur in  
d. authen. sacramenta puberum. C. si aduers. venditio. &  
voluerunt inter Legistas Cynus, Bart. Castron. Sa-  
licet. & alii communiter, & Bald. in d. cap. 1. §. item  
sacramenta, in tit. de pace iuramen. firmam. Hanc præ-  
terea opinionem tenuit Guido Papæ in consil. 175.  
num. 5. dum inquit iuramentum mero iure ciuili  
nō obligare, cum vi vel metu extorquetur, & idem  
voluit Benedict. Capra in regul. 87. num. 120. & Me-  
nochius in lib. 2. sent. 4. casu 336. num. 32. per text. in d. c.  
ad audientiam, extra quod met. causa, & Afflict. in d. de-  
cis. 322. num. 6. & voluit Raphael. Cumam. in consil. 180.  
videtur prima fronte, & Zabarel. in consil. 126. Fuit que-  
stio Regis Cypri. & rursus idem voluit Guido Papæ in con-  
sil. 209. num. 3. versic. & licet interuenerit. Item hanc  
eandem conclusionem sequitur Portius in consilio  
101. num. 6. inquit in huiusmodi factorum speciebus  
ecclesiam ipsam spiritualem iuramenti vinculum  
relaxare debere, vt latius ibidem ipse prosequitur. Et  
ideo inspectis predictis Menochius in consil. 1. num.  
302. vult perirum non esse timēdum, quando per  
vim & coacte populus iurat, propterea quod pro-  
pria authoritate contemni potest, vt voluit Ias. in d.  
authen. sacramenta puberum, num. 29. C. si aduers. ven-  
ditio. & Afflict. vt supra vidimus, in decis. 322. num. 6. &  
in decis. 393. num. 11. Imo idem Afflict. in decis. 263.  
refert Consilium Neapolitanum in ea opinione  
fuisse, iusfirandum metu extortum quo ad ipsum  
extorquentē non obligare ex sententia Diui Thom-  
mæ in secunda secunda, questio 89. artic. 7. nec multum  
dissensit Cardinal. Zabarella in d. consilio 137. colum.  
secunda, dum asserit, hanc conuentiōnem quo ad  
Deum non inducere mortale peccatum, & optime  
ad hoc facere inquit Menochius in l. nec si volens. C.  
de liber. cau. dum inquit, quod si Rex Francorum vr-  
bem aliquam liberam fateri esse ipsius Regis com-  
pellendo eam ad iusfirandum fidelitatem, talem con-  
fessionem non subsistere, & tale iuramentum ni-  
hil operari, & cum Bal. idem voluerunt Ias. in præ-  
diis feudo. num. 53. & Catellianus Cotta in suis me-  
morialibus, in verbo, Imperator vel Papa. & Thom.

Gram-

Grammat. in consil. 31. num. 13. in criminalib. Præterea hanc eandem opinionem sequitur Natta consil. 305. num. 10. volum. 2. dum inquit; quod licet iuramentum metu extortum obliget de iure canonico, est tamen nullum de iure ciuili, per eundem tex. in d. authen. sacramenta puberum, ut ibidem latius per eum. Et idem voluit Rolandus à Valle in consil. 2. num. 76. volum. 1. & respondendo prædictæ opinioni, quod iuramentum comularet instrumentum metu extortum, contrarium tenet, vt habetur per Innoc. & alios in c. super hoc, extra de renunciatio. & voluerunt etiam Panormitan. & alii in c. verum, extra de iureiur. & Branus in consil. 82. vbi inquit tale iuramentum non subsistere, si renunciatio metu facta sit, ob id quod metu extortum præsumitur, id quod confirmatur etiam ex iis, quæ norat Card. in consil. 137. colum. 2. dum inquit, quod licet gl. in d. cap. verum, velit iuramentum metu extortum obligare, ac etiam pariter gl. in cap. verum, extra de iureiur. id tamen simpliciter verum non esse, nec iuramentum simpliciter obligare, nam extorquētem obligare, non arbitratur, vt inquit tenuisse Beatum Thomam in secunda secunda, questio. 89. artic. 3. in responsio. ad tertium argumentum, dum inquit ex iuramento exacto duplēm oriri obligationem, una est, qua homini obligatur, & talis obligatio ipso conatu impeditur, propterea quod ille qui metum infert, vt sibi promissa non seruentur meretur, vt est text. in l. qui carcerem. ff. quod met. causa. secunda autem est obligatio qua quis Deo obligatur ut illud impleat, quod per eius nomen promisi & talis obligatio in foro conscientia subsistit. Quinimo, subdit ibidem Cardinal. gls. supra paulo ante relatas in foro pœnitentiali procedere, & locum habere, non autem in iudiciali. Itidem etiam respondet illud, quod dicitur iuramentum contractum inualidum confirmare, tunc verum esse, cum contractus super quo interponitur, non est propterus nullus, ut ibi latius ipse prosequitur. Rursus etiam eodem modo respondit Rolandus à Valle in consil. 7. num. 40. volum. 3. quod licet tale iuramentum metu extortum obliget, id tamen intelligendum esse, nisi actus super quo iuramentum interponitur per metum, nō est nullus: secus vero si ex seipso sit nullus, nam in eo casu nō subsistit. Vnde etiam infert quod sicut confessio sine indicis per metum facta nulla est, & invalida. pariter etiam & iuramentum superueniens, cum meticulo sum præsumatur, inualidum & nullum dicitur, vt inquit Angel. in consil. 160. colum. 2. dum inquit, quod si contractus sit ipso iure nullus, iureiurando confirmari non potest, ex quo dicitur impossibilis confirmatio, nisi aliquod confirmabile subiectum præsupponatur, vt habetur in c. auditio, extra de electio. & in cap. prudentiam, vbi idem dixit Imola, extra de offic. delegati. & Barbat. in consil. 21. colum. 5. volum. 1. & Ruin. in consil. 135. num. 12. volum. 1. & in consil. 60. num. 4. volum. 4. & Marfil. in consil. 125. col. 4. versic. quia respondeo, & Socin. iunior in consil. 48. num. 17. volum. 1. & in consil. 44. num. 17. volum. 2. dum inquit, quod licet hæc conclusio in practica parum sit tuta, cum habeat quamplures contradictores: eam tamen restringendo ad casum, in quo contractus sit propterus inualidus de iure communi videatur omnino procedere. & subdit hanc opinionem esse magis communem, & eam tenuisse etiam Salicet. in d. authen. sacramenta puberum, vbi eam quo-

que sequitur Ias. in septima col. vers. tu responde. Vbi inquit veram resolutionem ad l. non dubium. C. de legib. esse, vt procedat quando contractus de iure communi reprobatur, propterea quod in eo casu iureiurando non confirmatur: at secus esse si actus iure aliquo speciali inualidus sit: & ita decisum fuisse in Cappel. Tholosana refert Stephan. Aufr. in decisio. dicta Capella, quæst. 282. † Verum de hoc quando iuramentum confirmet contractum ipso iure nullum, infra latius loco suo dicetur. Hanc præterea conclusionem, quod scilicet iuramentum extortum, quando actus super quo interponitur non est nullus, tenuit idem Rolandus à Valle in consil. 57. num. 57. volum. 3. secus vero, si ex seipso sit nullus, & suapte natura: nam tunc iureiurando non confirmatur, vt ultra prædictos tenuit etiam Neuzianus in consil. 52. num. 51. & rursus idem Rolandus à Valle in d. consil. 60. num. 74. volum. 4. eisdem iuribus & rationibus motus. Et iterum idem Roland. licet in consil. 100. num. 130. volum. 4. contrariam opinionem sequi videatur. Item quod iuramentum metu extortum quempiam mero iure non obliget, vt habetur in d. authen. sacramenta puberum. C. si aduers. vendit. & cap. quamvis. de pac. in 6. à contrario sensu arguendo. tradit iterum Ruin. in consil. 170. num. 18. volum. 1. & Socin. iunior in consil. 77. num. 129. volum. 1. & Cephal. in consil. 209. num. 76. & in consilio 295. nu. 18. volum. 2. & Iacob. Emilia. in consil. 73. num. 78. Nec obstare dicendum est, si forte replicetur, quod ex quo fortasse posset esse metus reuerentialis, talis metus ad contractus rescissionem non sufficiat, nisi minæ præcedant, propterea quod responderetur eam conclusionem non procedere, vbi datur enormis læsio, ut infra suo loco latius dicetur. & ideo dixit Matthæus Affl. ctus in decisio. 322. numero 6. in eo casu ab omnibus conclusum fuisse & determinatum, vt iuramentum extortum per vim & metum, ideo non subsisteret, nec actum confirmauerit, quia in eo casu iurans fuit acriter verberatus, ad hoc vt illam promissionem faceret. Vnde Benedict. Capra in reg. tract. in conclusione. seu regula. 87. numero 120. inquit, sat is esse etiam quod metus non ita atrox sit & probabilis & à iusta causa proueniat. Præterea hanc conclusionem, quod iuramentum vi extortum non obliget, tenet etiam Vincentius Paleotus in l. 2. num. 89. C. de resind. vend. Item hanc eandem opinionem sequitur Alba in consil. 77. numero 17. vbi de quadam donatione loquens inquit, non obst. re quod iuramentum donationi accessebit, quia si præsupponamus donationem vi vel dolo, iuramentum ipso iure non subsistit. d. c. quamvis, de pac. lib. 6. & Ripa in capite 15. colum. 2. num. 6. volum. 3. & loquitur de reuoc. donatio. si vero metu tantummodo facta dicitur, & tunc iuramentum ipso iure obligare existimat. d. c. ad audientiam, & c. Abba. extra de his, quæ met. caus. prout etiam dixit Capra in consil. 29. num. 18. vbi vult, vt iuramentum metu extortum non obliget nimia reuerentia interueniente vel metu, vt habetur in d. c. cum contingat, extra de iureiur. & d. cap. quamvis, de pac. lib. 6. arguendo à contrario sensu, & ita inquit tenuisse per eadem iura quendam Vincentium de Mediolano, prout refert Nicolaus in d. c. cum contingat, idem tenens, ut latius ibidem per eum. inquiens quod si iuramentum sit metu extortum in casu à l. prohibito ipso iure non obligat, propterea quod ob legis repugnantiam, vt

sponte præstetur opus est, ut ibidem Capr. latius prosequitur, & ideo ad ea, quæ supra retulimus, redeundo inquit, quod si apponatur iuriandum in contractu à iure non prohibitō, tunc ipso iure liget, ita ut absolutione opus sit, ut tenent communiter Doctores per ea, quæ habentur in d. c. verum, & in d. c. si vero, extra de iure iuri. sed de hoc infra, cum de contraria opinione tractabimus, latius dicetur. Item Parisius in consil. 99. num. 18. vol. 1. pariter vult, de iure ciuili tale iuramentum non subsistere, vbiunque per vim & & metum extorquetur, & sicut tenet Hieron. Grat. in consil. 61. numero 12. & numero 24. volum. 1. qui prius, num. 12. inquit, quod ex quo illud iuramentum metu extortum fuit & pariter etiam contractus metu Tyranni initus, licet actus metu celebratus ipso iure nullus non sit, sed rescindi debeat, attamen etiam q̄ interponatur iuramentum, actum esse ipso iure nullum, vt est casus, & ibi notant omnes, in d. auth. sacramenta puberum. C. si aduers. vend. ibi, nullius momenti, qui tex. licet loquatur in minore, idem tamen esse in maiore: vnde videtur firmari conclusio, de qua supra diximus, quod ideo iuramento non confirmetur, quia actus legis dispositione nullus est. Dixit tamen Gratus ibidem, num. 13. animaduertendum esse, quemlibet metum nō sufficere, vt notatur in c. si. extra de appellatio. & in c. cum dilectus. extra quod met. caus. & præterim ne sit vanus quidam timor, propterea quod vani timoris nulla est excusatio. l. vani timori. ff. de reg. iur. & l. merum. ff. quod met. causa. Vnde ibidem pro iusto timore ponit quod odio à Tyranno habetur, & vt inimicus reputetur, ob id quod sit contrariae factionis. Aduersarius vero contra Tyranni atnicissimus sit, ac etiam quod ipse Tyrannus contra inimicos saepe solitus sit, & velit solo nutu intelligi, vt pecuniale est & proprium ipsorum Tyrannorum, & ideo si præceptum officialis, qui consuevit adimplere, iustum metum habere vel habuisse diecit, vt notat Bart. in l. metum. C. quod met. causa, & l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori, vers. quanto quero. ff. de oper. noui nunci. & tradit Abb. & sequuntur alii in d. c. fina. extra de appellatio. vtq; multo magis id in eo casu dicendum est. Prætereā iustus metus ex solo toruo vultu Principis indicividetur, vt inquit eodem in loco Grat. & notant recentiores Hispani in Apostol. ad Deictum, in l. in omnibus causis, colum. 3. ff. de reg. iur. & referunt ea, quæ notat Alexan. in l. ff. quod met. causa. His stantibus Thom. Grammat. in consil. 91. num. 5. & 6. in ciuilibus, iuncto principio, num. 1. infert ad huiusmodi exemplum iusti timoris, vt scilicet quod ex quo fuit contractum cum quibusdam officialibus Gallis, & pro eis præstata fideiussio, contractus illicitus, imo nullus sit inter ipsos officiales & subditos iurisdictionis, vt est text. in l. fina. C. de rescind. vendit. & late tractatur in l. principalibus, & ibi Dd. ff. si tert. pet. & licet officiales illi dumtaxat metum inducentibus aduersus ipsos fideiussores vni sint, nec ad ullum factum actum meticulo sum detinenterint: attamen, inquit Gramma: ibidem, non solum verba, sed etiam preces superioris iustum metum inducere, vt tradit gl. notabilis in l. ff. quod iussu. & in clem. t. in verbo, extortam, extra de testib. & tradit Andr. de Iser in c. si quis miles, in tit. de feudo sine culpa non amittere. concurrente potissimum consuetudine Gallo-lotum, & eorum insolentia & audacia, vt optime dixit Abb. in c. insinuante, extra qui clerici, vel youne.

in fin. & ibidem gl. & in capitulo secundo, colum. 1. extrahendit quod met. causa, & late tradit Alexan. in consilio decimo sexto, colum. 3. Et ideo si detur, quod quispiam per metum fideiussit, & seipsum obligauerit, consequens est, vt cum metus ipse actum nullum reddat, iuriandum in eo appositum non obligat, sed & illud quoque nullum sit, vt inquit Felin. in c. si vero, colum. fina. extra de iure iuri. & Abb. in c. 2. extra de eo, qui duxit in matri. &c. Nam cum actus sit à iure prohibitus, iuramentum non obligat, vt dixit Abbas in d. cap. cum contingat, ubi notatur, extra de iure iuri. & in d. cap. cum sit generale, extra de foro competen. & subdit ibidem Thom. Gramma. num. 6. absolutionem impetrare opus non esse, si vis & dolus cocurrant. & ratio est, quia in eo casu iuramentum est ipso iure nullum, vt habetur in cap. sacris, cum ibi notatis, extra quod met. caus. & tenet Ioan. Andr. in c. verum, extra de iure iuri. & ita dixerunt Paul. Castren. & Ias. in d. auth. sacramenta puberum. C. si aduers. venditio. omittendum etiam non est, metum inferri semper ab officiali eius subdito presumendum esse, vt dixit Cyn. & post eum Bal. in l. nouissime. ff. quod falso tutio. & consuluit Ancharan. in consil. 24. visa inquisitione, & Alexan. in consil. 52. colum. fina. volum. 7. & ideo dixit text. in l. 2. C. ne rusti. ad ullum officium, quod officialis dicitur terribilis ob suum officium, & ideo non solum eius facta, sed etiam eius verba tantum iustum metum inferre. l. qui in aliena. §. Celsus. ff. de acquiren. heredit. & ideo ex parte iurantium dicitur metus, ex parte vero compellētum, si compellantur, vis dicatur, vt declarat Bartol. in l. prima, in vers. metus. ff. quod met. causa. Omittendum præterea non est, quatenus ad metus probationem pertinet, illud quod dixit Thom. Gramma. eodem in loco, numero 10. non obstat, quod in instrumento dicatur, quod sponte, &c. propterea t̄ quod quando etiam centum testibus quid factum esse probatur, si alii duo testes de vi & metu deponant, illi duo tantum aliis centum præferendi sunt, vt dixit Innocen. in capit. super hoc, in glos. incipiente, & hoc vult, extra de renuntiat. Et ratio est, quia illi centum deponunt de intentione, quæ soli Deo nota est: alii vero duo de eo deponunt, quod oculus videt, argumento tex. in capitulo primo, extra quod met. causa, & idem voluit Abbas in capitulo primo, eodem tit. & Bal. in consil. schismatis, & Ang. in l. si quis ad se fundum. C. ad Iuliam de vi publica. & Ludovic. Roman. in rubric. de arbitr. colum. 7. & voluit Alexan. in consilio 156. colum. secunda, volum. quinto, ubi loquitur de instrumento notarii, qui licet in eo apposuerit illa verba, sponte, &c. præferuntur duo testes de vi & metu deponentes, prout voluit etiam Bart. in l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori. ff. de noui oper. nunci. & tradit etiam Bald. in l. obseruare. § profici. ff. de offici. proconsul. & Paris. de Puteo in tract. sindic. versic. tortura, in c. quia saepe iudices, & sequitur Amod. In fit. in tract. de sindic. in versic. supradictus dominus, colum. 2. fol. 11. Quinimo huiusmodi verba, videlicet quod sponte & voluntarie, &c. prolata tempore metus, non solum non purgant metum, sed eum potius geminant, vt inquit Bald. in dicto consil. schismatis, argumento l. dol. §. diuersum. ff. de nouatio. & refert & sequitur Alexan. in d. consil. 156. volum. 5. Accedant prædictis ea, quæ ibidem subdit Grammat. n. 13. quādūdo scilicet quid dicatur sponte factum vel per metum, & præterim, an talis metus iustus dici possit. vel

vel iniustus, propterea quod id iudicis arbitrio relinendum est, ut dixit Innoc. in d.c. cum dilectus, extra quod met. causa, & tradit glos. in l. interposita, C. de transact. & Bal. in l. 2. C. de his, quib. per met. & in rubri. C. de rescind. vendit. Et licet alias iuxta quandam opinionem, Imperium seu dignitas superioris ad metum probandum non sufficiat, ut dixit Ioan. Andr. in d. c. insinuante, extra qui clericu, vel voun. attamen quando consuevit superior suos subditos male tractare, si suis præceptis non pareant, vel precibus, satis dicitur probatus iustus metus, ut dixit Io. And. in prædicto loco, quem refert & sequitur Alexan. in consil. 124. vol. 1. & in consil. 16. vol. 3. vbi etiam subdit, metum quoque verborum sufficere, ut notatur in c. conuenior. 23. q. 8. & c. fuerunt. 7. distinc. & in l. si per imprecisionem ff. quod met. caus. & alibi etiam inquit, Domini rogatum vim præcepti habere, ut inquit gl. in l. 1. in princ. ff. quod iussu. & tradit Bald. in l. si mandator. C. quod cum eo. & Andr. de Iser. in c. si quis naturales. de feu. si cul. non amit. & ideo communiter dici solet, Principis nutum. præceptum ac iussum esse: ac etiam Ducum rogatum, iubendi speciem violentam esse, ut concludit Alexan. in d. consil. 124. volum. 1.

Præterea eandem conclusionem, quod quando actus est ipso iure nullus, iuramentum in eo per metum appositum & extortum sit nullum & non obliget, tenuit idem Thom. Gramma. in consil. 95. num. 37. & 38. cum seq. vbi etiam circa prædicta inquit, nihil referre quod notarius in instrumento dicat eum sponte iurasse, vel talem actum seu contractum fecisse vel promisisse, & ibidem pariter dixit Legistarum conclusionem, de qua supra diximus, esse communem, videlicet quod iuramentum metu extortum indistincte non obliget, & pariter etiam inquit iuxta prædicta, n. 41. plus credi duobus testibus de metu deponentibus quam mille deponentibus de spontanea voluntate, per ea ultra prædicta, quæ dixit Ias. in §. quadrupli, col. 9. Instr. de actio. & Bal. in l. obseruare. §. proficiisci. q. 13. in l. elec. ff. de offic. procons. Quandoquidem quis aliquid velle dici non potest, qui per metum vult, ut inquit Bal. in tit. de pace Constan. in ver. item volentib. ac etiam ibidem, num.

4 29. idem Gramma. inquit, † quod quando sumus in materia metus vel conatus, paria sunt aliquid fieri per conatum, vel per metum conatus. l. si rem. & ibi Bald. ff. de leg. 3. & iterum tradit Bald. in l. nouissime. ff. quod fal. tut. authore. Item hanc eandem conclusionem sequitur Alciat. in consil. 442. num. 2. & inquit non obstat iuramentum, ex quo per metum præstitum fuit, & ideo in effectu non obligare, ut habetur in d.c. cum contingat, vers. siue vi, & dolo sponte præsta, extra de iure iur. & idem voluit Corn. in consil. 167. num. 6. volum. 2. & pariter inquit, quod iuramentum dolo vel metu præstitum non ligat. & rursus idem voluit iterum Corn. in consil. 124. nu. 2. vol. 3. & Curt. Iunior in consil. 141. num. 6. pariter inquit, quod licet renuntiatio facta à filia patri ob dotem ei datam à patre, licet de iure canonico subsistat, si accesserit iuramentum, id tamen limitatur, si tale iuramentum sit vi, vel dolo extortum. & licet nonnulli Dd. illum text. restringant, ut solum in dolo ex propenso locum habeat, attamen magis communis conclusio est Doctorum à recentioribus relatorum, ut ille tex. procedat etiam in dolo re ipsa, qui ab enormissima læsione prouenit & descendit, de qua inse-

quenti conclusione dicendum est. Item, quod iuramentum vi vel metu extortum non obliget, voluit etiam August. Berous in consil. 37. n. 24. vol. 1. & iterum in consil. 51. num. 2. eod. vol. 1.

Dixit etiam Cephal. in consil. 295. num. 18. vol. 2, iuramentum, vbi est iustus metus, contractus refectionem non impedire, ut voluit etiam Crauetta in consil. 111. num. 12. & ibi alios refert. & iterum ibidem, num. 11. volum. 2. inquit eum esse iustum, qui prouenit è minis superioris. Præterea redeundo unde recessimus, an scilicet iuramentum vi vel metu extortum subsistat. Idem Matthæus Afflict. in c. vnico, §. item sacramenta, num. 12. in tit. de pace iuramen. firm. pariter voluit, ut huiusmodi iuramenta vi vel metu extorta, de iure ciuili & secundum opinionem Legistarum non conualidare actum seu contractum, super quo apponitur, ut ibi dixit, in 7. notabili, num. 6. Item Hippol. Marsil. in consil. 125. numero 27. pariter inquit, quod si iuramentum sit metu extortum, vel à carcerato præstitum super contractu in carcere confecto, tunc licet satis ampla & perplexa sit altercatio, an iuramentum metu extortum obliget, ut supra late diximus, attamen in eo casu talis altercationem discutere non oportere, propterea † quod cum instrumentum à carcerato initum non subsistat, sed sit nullum & inutilidum. l. qui carcerem. ff. quod met. caus. & habetur in l. qui neque ff. de verborum signific. & habetur in l. non interest. C. quod met. caus. & in l. metum. §. sed licet. ff. codem tit. & in l. si donatione. C. eodem, cum similibus. Ratio autem ea fortasse esse potest, † quia carcer est iustus metus, ut dixit Bart. in l. qui in carcerem, in primis verbis. Quinimo carcer dicitur species torturæ, ut dixit Bald. in l. si clericus, in 2. colum. vers. & primo sequitur. C. de episcopali audien. & iterum idem Bald. in l. prima, C. qui ad libert. prouoc. non poss. dum inquit, † qui in l. carcere moritur, in cruciatu mortuus dicitur, ut est tex. in c. nulli dubium, in fin. 3. quest. 1. & ideo dicimus, satis esse quempiam detentum probare, † & si tortura non probetur, ad hoc ut confessio metu tormentorum facta dicatur, ut dixit Barba. in c. si constiterit, colum. 5. extra de accusatio. & ideo † omnia quæ carceratus egit, per metum fecisse dicitur, Cynus in l. 2. C. quod met. caus. & Bal. in l. falsus, colum. penult. in fin. C. de furt. Vnde inquit in tali casu Canonistarum dicta attingere opus non esse, propterea quod cum illud instrumentum, ut supra vidimus, nullum sit & iure non subsistat, merito de viribus iuramenti in eo appositi quærendum non est, ut est regula trita & vulgatissima, quod corrueente principali, corruit etiam accessorium, ut habetur in c. accessorium, de regul. iur. lib. 6. & in l. fina. C. de non numer. pecun. & l. fina. ff. de constitut. pecun. & in l. cum principalis. ff. de reg. iur. & §. liber. Instr. de pupill. substit. & habetur in l. non dubium. C. de legibus. Comprobatur quia data inutilitate contractus, corruit etiam constitutum seu precarium in eo appositum, ut ait Bald. in l. ex testamento. C. de fideicommiss. & in capitulo primo. §. si quis, in colum. fina. in tit. de feud. dato inuicem legis commisso. & est de intentione Bart. in l. quod meo, in principio. ff. de acquiren. possessio. & voluit iterum Bald. in rubrica extra de prescriptio. colum. 3. & iterum Bald. in dicta l. non dubium, colum. 9. vers. similiter dico, C. de legib. & Ludouic. Roman. in repetitio. l. si vero. §. de viro, infallent. 3. ff. soluto matrimon. & Alexan. in consil. 82. perspectis his, colum. 5. volum. 2. & in consil. 51. perspectis,

colum. 3. volum. 6. & in consil. 305. lecto est discessu. colum. 7. in fi. & Roman. in consil. 42. visis egregie, in princ. & in consil. 246. clarissime nescio, post principium. & voluit Cepoll. in consil. 4. visa querela, colum. 2. & Barba. in consil. 22. viso punto, colum. 5. volum. 4. & comprobatur ex iis, quæ dixit Bal. in l. assertis. colum. 5. C. si certum peta. dum inquit, quod si non subsistit contra-  
ctus principalis, minus etiam subsistit præceptum  
guarentigiae, vel confessio in ea apposita: & id in-  
quit probari per text. in d. c. fina. ff. de constitut. pecun.  
& idem dixit rursus Bal. in l. in contractibus, in fi. princ.  
C. de non numer. pecun. & Alexan. in d. consil. 305. Pro  
quibus faciunt etiam dicta Bal. in additio. ad Spec-  
cul. in tit. de confes. in additione incipiente, quando-  
que processus. Vbi pariter voluit, quod si processus  
non tenet, itidem etiam & confessio in eo facta  
non subsistit. Præterea facit etiam illud, quod dici-  
tur quod si principale est nullum, pariter etiam &  
clausula renunciationis in eo apposita nullæ sunt,  
vt voluit Cynus in authen. si qua mulier. C. ad senatus-  
consult. Velleian. quam tefert & sequitur Bald. in l. si  
quis in conscribendo, colum. penult. in fi. C. de pact. Itidem  
facit: quia aliquo reprobato, reprobatum quoque  
intelligitur quicquid inde cōsequitur, sine lucrum,  
sive poenam contineat, vt dixit Bal. in l. pactum, in  
princip. C. de collatio. quem refert & sequitur Cœpolla. in  
d. consil. 4. Præterea ultra prædicta, in propriis ter-  
minis iuramenti, quod quando contractus est nul-  
lus & inualidus, † & ex consequenti quod quando  
corruit contractus, corruat etiam ipsum iuramen-  
tum in eo appositum, voluit Roman. in consil. 293.  
præsupposito. & idem expresse probatur in d. l. non du-  
bium. Cod. de legib. & voluit Socin senior in consil. 40. ex  
actis. colum. 5. volum. 1. Item facit etiam illud, quod  
dixit Roman. in consil. 330. circa primum, colum. 5. vbi  
etiam dixit, † accessorium sequi naturam principali-  
lis, etiam quod accessorium principali ipso dignius  
sit. l. & si non sint. §. perueniamus. ff. de auro & argen. le-  
gato. per quæ tex. Bari. in l. 1. ff. de pecul. legato, reprobat  
gl. ibidem contrarium firmantem. Nec subdit Mar-  
tilius, obstat illud q. dicitur iuramentum contra-  
ctum cōualidare, quia ad hoc respondet, obiectum  
procedere, quando contractus super quo iuramen-  
tum interponitur, non est in toto & penitus nul-  
lus, sed ob aliquem defectum tatum: At secus esse,  
si sit ipso iure nullus, & ex consequenti in toto &  
vndeque: quandoquidem tunc etiam q. super  
eo iuramentum apponatur, talem contractum non  
conualidat, imo nihil prouersus operatur, vt dixit  
Francus in c. quamvis. de pact. lib. 6. & est de hoc glos. sin-  
gularis in authen. si qua mulier. in princip. C. ad senatus-  
consult. Velleian. quæ inquit iuramentum non confir-  
mare contractum ipso iure nullū, & eam gl. ad hoc  
notat Roman. in l. 1. car. 3. vers. & addit. duas notabiles  
cautelas. ff. de vsucap. & hoc idem firmat Angel. in consil.  
160. pro decisione questionum, colum. 2. & faciunt ite-  
rum ea, quæ tradit Roman. in consil. 12. viso facto, colum.  
2. & iterum Angel. in consil. 177. visi acti prædicti, duo  
examinanda sunt, in fi. & eam gl. in d. auth. si qua mu-  
lier, refert Castr. in consil. 219. causa, quæ vertitur. &  
facit etiam gl. in l. emptione. C. plus valere, quod agit. que  
vult, vt contractus simulatus, ex quo est nullus, in-  
teirando non confirmetur, & eam glos. dixit Ro-  
man. in consil. 293. præsupposito, & c. eandem etiam  
glos. citat Socin. in consilio sexagesimoquinto, circa pri-  
mum, colum. antepenult. volum. primo, & Cardin. in cap.

ad nostram, in 2. quæstio. extra de emptio. & venditio. &  
Cœpolla in tract. simulatio. colum. 26. & Marsil. in cap. at  
cleric. num. 169. extra de iudic. & faciunt etiam ea, que  
dixit Roman. in consil. 517. in casu, colum. penult. vbi in-  
quit, iuramentum contractum infantis vel furiosi,  
qui est prorsus nullus, non conualidare, & id con-  
firmat per text. in l. obligationum substantia. ff. de actio.  
& obligatio. & faciunt etiam ea, que tradit Socin. senior  
in consil. 77. in praesenti consultatione, colum. 7. volum. 1.  
& Bauerius in 30. priuilegio iuramen. & faciunt etiam  
ea, quæ late dixit Marsil. in l. penult. colum. 8. & 9. ff. de  
quæstio. & ideo subdit, redendo ad rem nostram &  
inferendo ad instrumentum à carcerato cōfectum,  
vult quod ex quo est ipso iure nullum, iuramento  
conualidari non possit: Quinimo vult Marsil. vt  
non possit iurans compelli ad obseruantiam, etiam  
ab episcopo, vt dixit Bal. in l. 1. § filius autem. C. de bo-  
nis, quæ liber. Imo inquit etiam opus non esse, vt pe-  
tit absolutionem à iuramento, quia quando iura-  
mentum est nullum, vt in d. casu, licet ei contraue-  
nire absque eo quod absolutione præcedat, vt inquit  
Paul. Castr. in consil. 216. circa primum, colum. 3. post  
principium. & Bal. in l. nec patronus. C. de oper. liber.  
& in l. 1. in fin. Cod. de in offic. donatio. Item hanc eandem  
conclusionem tenuit Ias. in d. authen. sacramenta pu-  
berum, num. 42. & 60. C. si aduers. vend. qui ibidem n. 5.  
pro clariori intelligentia inquit, aliud esse quod  
iusiurandum contractum nullum validet: aliud ve-  
ro quod iuramentum seruetur: cōtractus autem in  
sua validitate remaneat. Si igitur quæratur, quæ nā  
effectu differentia sit, quod contractus valeat, vel  
iuramentum seruetur. Respondet, magnam quidem  
esse utilitatem: quandoquidem si ipsa artih. dispo-  
nat, iuramentum seruari, & contractum in sua va-  
liditate relinquat: vtique minore defunctio cum iu-  
ramentum sit mere personale, vt infra late suo loco  
dicimus, hæres iurantis contrauenire poterit: si vero  
dicamus iuramentum contractum conualidare, vel  
restitutionem tollat: vtique nec hæredes contra-  
uenire possent. Secundus autem effectus est: quia si  
dicimus, iuramentum tantummodo obseriandum  
esse, tunc minor impleto contractu, tanquam la-  
sus repetere potest, vt diximus de eo, qui usuras  
solueri iuravit: quandoquidem eas ob ipsum iu-  
ramentum soluere tenetur, & si eas deinde repeteret  
possit. d. c. debitores, extra de iure iur. Est etiā præterea  
animaduertendum, dum Ias. in d. authen. sacramenta  
puberum, n. 29. inquit de iure civili quælibet actum  
per metum gestum ipso iure valere posse, tamen  
actione quod metus causa rescindi, si tamen iu-  
ramentum per metum interponatur, nullum redi-  
ratio. Autem est, vt dixit Bal. in l. vñica. §. item sacra-  
menta, col. fi. post gl. in tit. de pace iuram. firman. ibi pro-  
pert reuerentiam iuramenti, in quo libera & abso-  
luta voluntas interuenire debet, vt dixit Castr. in le-  
itura. Constituit autem magnam differentiam in-  
ter iuramentum per vim interpositum, vel per me-  
tum, attento iure canonico, de quo paulo infra di-  
cimus: quandoquidem de iure ciuili nulla est diffe-  
rentia, an per vim vel metum interponatur: Nam si  
per vim interponatur, est ipso iure nullum. c. sacri,  
cum ibi notatis, extra q. met. tau. & tradit lo. Andr. in c.  
verum, extra de iure iur. Si vero iuramentum metu ex-  
torqueatur, & si de iure ciuili nullum sit, vt habe-  
tur in d. authen. sacramenta puberum, propria tamen  
authoritate spernendum nō est, sed absolutionem  
petere

Petere oportet, vt notatur in cap. ad audientiam, extra quod metus causa. & ante Paul. Castren. ita declarauit Salycket in dict. authent. sacramenta puberum, col. 5. & voluit innocent. in cap. venerabilis, extra de elect. & in cap. ad aures, eodem tit. extra quod metus causa. & Archidiac. in cap. 2. de pact. lib. 6. Præterea subdit ibidem Ias. num. 31. quod si post iuramentum vi vel metu extortum quis de huiusmodi vi non conqueri iureiurando promiserit, hoc iuramentum, ut voluerunt Salycket. Paulus Castren. in dicta authent. sacramenta puberum, non subsistere. Id tamen verum esse existimant, si eo tempore, quo secundum ius iurandum præstitum fuit, idem metus eadem vis aderant & subsistebant, alias secundo iuramento præcedens purgari, ut habetur in l. 2. vbi gloss. ff. quod metus causa. Nam, ut supra dictum est, iuramentum non querulandi de maleficiis, non valet, ob id quod ad delinquendum inuitaret, contra ea, quæ habentur in l. conuenire. ff. de pac. dotal. & optime facit regula. l. si iure. §. illud. ff. de pact. & illud quod notat Innocent. in d. cap. ad nostram, extra de iureiuran. ergo autem, quare idem non sit, si vis vel metus cessauerit, propterea quod quando verum esset, vt ad delinquendum non inuitaret, prout à principio inuitate videtur, cum iuramentum extorqueatur, & contractus perficitur: dubium tamen non est, quin efficiat, ut delicta impunita remaneant: id quod præterquam quod videtur contra bonos mores, datur etiam delinquendi occasio, & ideo talis declaratio iis, quæ supra diximus repugnare videtur. Accedat quod consensu excludi videtur, qui maxime ad validitatē promissionis facere viderur, ut supra late diximus, & Corne. in d. auth. sacramenta puberum, num. 130. & num. 132. vult tale iuramentum esse ipso iure nullum, non solum si à minoribus 25. annis metum passis extortum sit, sed etiā à maioribus annis prædictis, & præterim si ad hoc vt nō conqueratur de maleficiis commissis, appositum fuerit, nedum de ipsa vi, metue illato, prout dixit Bald. sed etiam generaliter de quibuscumq; maleficiis, vt tradit gl. in corpore d. auth. sacramenta puberum, in verbo, extort. & ideo autoritate Bald. ibid. inquit, quod si forte quispiam iurauerit maleficium nō denunciare, iuramentum hoc non subsistere, propterea quod iniuriant ad delinquendum via aperienda non est, seu ad pœnam de delictis non sumendam, & hanc esse regulam generalem memoræq; mandatam. Est præterea nullum ius iurandum illud etiam, quod per vim & metum præstitum non sit, vt late ibidē prosequitur Corne. Quia motor publicæ disciplinæ maleficia puniri vult. l. nullus. C. de Iudeis. & l. ita vulneratus. ff. ad l. Aquil. Præterea hanc conclusionem disputat Curt. in d. auth. sacramenta puberum, num. 13. C. si aduer. rendit.

Facit præterea differentiam Guido Papæ in consil. 156. nu. 2. inquit enim ipse Doct. & Iac. de Butrig. in d. authent. sacramenta puberum, decidere, vt si minor iuret in iudicio non modicum differre à iuramento in contractu apposito, propterea quod illud quod in iudicio præstatut, spontaneum ac voluntarium non dicatur, + cum dici soleat, iudicium in intuitum reddi. l. inter stipulantem. §. 1. ff. de verbis obligat. et si ibi non esset metus cruciatus corporis. Præterea eandem conclusionem, quod scilicet iuramentum instrumenta metu confecta non consistet, sequitur Ioan. Maria. Riminald. ob id quod

iure reprobata, & mouetur ex eo etiam quod iuramentum in eis appositum non liget, & aliter fortasse de iure canonico, vt paulo infra dicetur, concludendum videatur, vt habetur in d. c. debito, extra de iureiur. & in cap. Abba. extra quod metus caus. cni iuri canonico, quod ad hoc in dubio standum est, cum de peccato agatur, vt supra diximus. Et ideo ad Iudæos inferendo inquit, cum eis ius canonicum spiritualitatem non perficiat, cum animarum salutem respiciat, & de his quæ foris sunt, nihil ad nos pertinet. c. si peccauerit. 2. quest. 1. & cap. gaudemus, extra de diuor. & in cap. de fidelibus, extra de consang. & af- fin. & ita probris terminis decidit Pet. de Anch. in cap. s. e qua, in quest. de reg. iur. in 6. in sua repetit. & Paul. Ca- stren. in consil. 98. visa quadam scriptura, & Imola in cap. 1. extra de constitution. & ideo inquit Roman. vo- luisse in consil. 154. præmissum laudum. in fin. vt Iu- dæi cogi non possint ac obseruandū tale iuramen- tum, cum iuramentum ob animarū periculum in- ductum sit. d. cap. cum contingat, & d. cap. si vero, extra de iureiuran. & tradit Bald. in d. cap. vnico. §. item sacra- menta, in tit. de pace iuram. fir. & ideo patet iurantem absolutionem petere non teneri, sed de hoc infra latius dicetur, cum de iure ciuili tale iuramentum contemni possit. d. l. non dubium, cum aliis supra deduc- tiis. Quatenus vero ad rem nostram pertinet, ex- presse appetat à iudice Ecclesiast. co absolutionem impetrandam non esse. Illud etiam animaduerten- dum est, prædicta locum habere, vbi cunq; Iudæi iurant: at secus si sint Christiani, qui iuramentum in contractibus vel instrumentis apponant, quæ iniunt cum Iudæis, propterea quod tunc militat eadem ratio ex parte ipsorum Christianorum iu- tantium, cum tractetur de præiudicio suarum ani- marum. Sed si fortasse Iudæi in adhibendo tale iu- ramentum, vtantur formula iuramenti Christia- norum, de quo supra diximus, & fortasse infra dicemus, sed refero me ad ea quæ in dictis locis dicentur, & Capra in consil. 29. num. 18.

Accedat etiam pro declaratione prædictorum illud, quod dixit Ioan. Maria. Riminald. in consil. 341. num. 31. cum sequen. volum. 2. inquit, quod si quis per vim & metum iurauerit omnia & singula vera esse: nam in eo easu inquit excludi, ita vt factum per metum dici non possit, præterea quod tunc in periculum incideret, prout etiam in talis clausula pariter quamcunq; aliam voluntatem, vt dicit Doct. in l. nemo potest. ff. de leg. 1. & tradit Ant. à Butrio, & sequuntur alii in d. cap. cum contingat, in 8. memb. sua distinctionis, extra de iureiuran. & eandem conclusio- nem tenuit Rota in decis. 18. in nouis, de restitut. spolia. alias 401.

Contrariam vero opinionem, quod imo iuramentū sit obligatorium, & præsertim de iure canonico, tenuerū quam plures alii: nam Guil. Nazo in cap. merito. 15. quest. 1. & in cap. ad aures, extra quod met. cau. & in c. constitutus, extra de iureiur. inquit, iuramen- tum semper obligatorium esse. At si impugnet iu- ramentum vi vel metu præstitum, & sic contra illud præstitum sit, ei qui iurauit pœnitentiam iniun- gendum esse, vt pro peccato veniali, vt habetur in c. verum, extra de iureiur. Verum id procedere dixit Berous in loco supra deducto, quando esset quædam absolute coactio, vtputa si fortasse quispiam, exem- pli gratia, in manu alicuius violenter & eo inuite- thus posuerit, vt illud idolo subincenderet, & adeo

vt velit nolit, thus illud in ara idoli apponere coa-  
ctus sit. cap. presbyteros. 50. dist. & c. constat. i. q. 1. & 32.  
quest. 5. quasi per totum, & cap. i. 16. quasi. 1. & tradit  
Anch. in cap. eos, de consecrat. dist. 4. & l. 1. ff. de authorit.  
prestan. si vero sit conditionalis à tanto, sed à toto  
excusat, quia culpam seu pœnam attentat. cap. sa-  
cra, extra quod met. cau. huiusmodi enim compulso,  
seu coactio metus appellatur, de qua dicitur, t̄ con-  
ducibilius ac salubrius esse omnia mala ferre, quam  
malo consentire, cap. ita ne, 32. q. 5. Si vero ad illud  
cogatur, quod peccatum mortale non inducit, vt  
puta quod rebus suis tenunciet, & tunc si cadere  
potest in constatē virum, tunc indistincte contra  
secundum iusurandum venire posse. Illud tamen  
dubitatem aliquā facit, si fortasse iurauerit quis-  
piam aliquid tantum resignare, vel nō petere: nam  
si tantummodo resignare iurauerit, tale iuramen-  
tum seruandum est, beneficio tamen directe resi-  
gnato pōsse rescriptum ad eum repetēdūm impe-  
trare, illudve actione quod metus causa repet. quæ  
quidem in rem datur, licet personalis sit, & ita in-  
telligendum videatur illud, quod dixit Abb. in cap.  
ad audientiam, extra quod metus causa, si vero iurau-  
rit non repētere, si deinde ei iterum cōferatur, vtique  
illud recipere potest, & deinde ex secunda re-  
ceptione agere. cap. cum inter P. extra de renunc. vnde  
Imol. in c. ad audientiam, nu. 2. extra de his, quæ vi metus  
ve caus. inquit iuramentum de renunciando bene-  
ficio facta renuntiacione iurantem nō obligare ad  
non repērendum. Et ideo infert, iuramentum de  
renunciando beneficio soluād ius competens obli-  
gare, scilicet tempore præstī iuramenti, non au-  
tem respectu iuris superuenientis, prout habetur  
in cap. cum inter, extra de renuntiation. Verum si à  
summo Pontifice fortasse absolutus sit, etiā ex pri-  
ma concessione, seu collatione agere poterit, & ita  
intelligi posse arbitratur tex. in dict. cap. cum inter, &  
in cap. si vero, extra de iureiuran. si vero iurauerit non  
impugnare iuramentum, nec ei contrauenire: &  
tunc contravenire, vel illud impugnare non pos-  
se. Præterea hanc eandem coclusionem tenet Au-  
gustin. Berous in confil. 51. num. 5. vol. 1. dum vult, vt  
iurans illud obseruare teneatur, possit tamen ab eo  
absolutionem petere: & ideo dicit, metum qui  
in constantem etiam virum cadere potest, iustam  
causam petendi & concedendi absolutionem à ta-  
li iuramento continere: & ideo vult, vt solum pa-  
riat ius absolutionem petendi, non autem actum  
annullare, vt ibidem late ipse prosequitur. Et ideo  
dixit iterum Bald. in cap. verum, num. 2. extra de iure-  
iuran. quærendo, t̄ an iuramentum per metum ex-  
tortum obliget: illud de iuris rigore obligare, at  
de æquitate naturali vel prætoria iurantem absolu-  
endū esse. Ratio autem, quare de iuris rigore ob-  
liget, ea est, quia coacta voluntas, vtique voluntas  
est, licet coacta & oppressa ab ipso conamine. Præ-  
terea Bald. in c. si vero aliquis, num. 3. eodem tit. extra de  
iureiuran. eodem modo quærendo, an iuramen-  
tum per metum extortum in foro conscientiae ob-  
liget: inquit obligare, licet vt absolutionem humili-  
liter petat, ei permittatur, non autem ad debitum  
soluendum. l. metum. §. volenti. ff. quod metus causa.  
& l. nouissime ff. quod falso tutor. authore. Iterum Bal.  
in cap. peruenit, il. 1. num. 2. extra de iureiuran. quæren-  
do an iuramentum metu extortum sit aliquid ipso  
iure, inquit nonnullos dicere, nihil esse quosdam

vero aliquid, propterea quod tale iuramentum in  
cōsensu peccare nō dicitur, sed in qualitate cōsen-  
sus, vt supra diximus, cum voluntas & consensus co-  
actus consensus sit, licet recipiat qualitatem illam  
conatus, vt habetur in cap. authoritatem. 15. quest. 6.  
& in cap. inter cetera, 22. quest. 4. Præterea, quod iu-  
ramentum vi vel metu extortum non noceat, te-  
nuit etiam Salyc. vt supra retulimus, in d. authen. sacra-  
menta puberum, num. 3. C. si aduer. vendit. vbi cum lo-  
queretur de text. in d. authen. sacramenta puberum, in-  
quit eum procedere de iure ciuili, non autem cano-  
nico. Vnde Phil ppus Franchus in d. cap. licet mulie-  
res, num. 6. de iureiuran. in 6. super gloss. in versic. non vi,  
in fin. inquit animaduertendum esse text. ibi singu-  
lariter notare in omni casu, in quo contractus pro-  
hibitus est, nullum esse de iure ciuili, de iure tamen  
canonico seruandum esse: & ideo vult, vt si huius-  
modi iuramentum vi vel metu extortum sit ipso iu-  
re nullum dicatur, & ideo absolutione opus non  
sit, vt ibi probatur, & in cap. 2. extra de pact. & tradit  
etiam Niconitius in d. cap. cum contingat, in princ. Præ-  
terea Imol. in d. cap. cum contingat, nu. 3. extra de iure-  
iuran. inquit Canonistas tenere, quod de iure ca-  
nonico obliget, sed peti posse absolutionem: & id-  
eo ex quo etiam in foro laicorum in materia iura-  
menti & iis, quæ animam concernunt, ius canonici  
illud attendere debeamus: & intelligit illum text.  
de vtroq; foro, videlicet tam re ipsa, q. am ex pro-  
posito. Præterea Imola in d. cap. ad aures, num. 7. ex-  
tra, de his, quæ vi metus ve causa, tenendo vt iuramen-  
tum etiam metu extortum obliget, quando serua-  
ri potest sine interitu salutis æternæ, inquit de hoc  
varias exitiſſe conclusiones in cap. si vero, & in cap.  
verum, extra de iureiuran. Nam Bazianus antiquus  
glossator, tenuit illud non obligare, per text. in l. 1. ff.  
de iureiuran. Alii vero distinguendo dixerunt, quod si  
iurans habet animum se obligandi obligetur, alio-  
quin autem non obligetur. cap. maiores, extra de ba-  
ptisma. Tertia autem est opinio, quæ communiter  
recipitur a gloss. Doct. vt iuramentum obliget, etiā  
quod metu fuerit extortum, ex quo coacta vo-  
luntas, vtique voluntas est. d. cap. merito. 15. quest. 1. &  
l. si mulier. §. penult. ff. de iureiuran. & ideo cum dolo  
præstitum, turpiter præstitum dicatur: vel etiam  
dolo, sed non super re turpi, tunc dicatur obliga-  
torium, cum hoc tamē vt propria authoritate con-  
travenire non liceat, nisi prius à superiori absolu-  
tur: in qua tamen impetranda animaduertendum  
est an iustus fuerit metus, qui cadat, vel cadere pos-  
sit in constantem virum, vel non, ad quod optime  
facere illud inquit, quod habetur in cap. penult. extra  
de iureiuran. Dicit tamen Innoc. ibid. quod vbi alia via  
pronideri potest, ita vt iureiurando non contra-  
fiat, eam potius attendēdam esse. Exemplum ponit  
de eo, qui usuras soluere iuravit: nā cū eas soluere,  
& deinde eas repete posse, vt supra diximus, & est  
text. in cap. debito, extra de iureiuran. subdit tamen  
non censere iuri repugnare, si alii viis omissis à iu-  
ramento absoluatur, ex quo tale iuramentum do-  
lo vel metu extortum fuit, ad quod inquit opti-  
me facere illud, quod habetur in d. cap. si vero, & in c.  
1. & in cap. debito, At Ioan. And. in d. cap. verum, exi-  
stimat iuramentum metu extortum eum qui con-  
trafacit, vel venit solum ad peccatum veniale obli-  
gare, non autē ad mortale, & si antequam absolu-  
tur

tur contrafaciat, vel veniat, de quo refero me ad ea, quæ ipse dicit. Butrius vero in d.c.aures, velle videtur, vt si constet eum qui iurauit, animum faciendi illud quod iurauit habere, tunc si antequam absolvatur contrafaciat, mortaliter peccare: at secus si non constet, quia tunc procedet dictum Ioan. And. Subdit tamē Imola, tale dictum non probare, quia ex quo iurat aliquid facere, videtur habere voluntatem ita faciendi, licet metum, & sic (vt ipse inquit) non videtur procedere talis differentia, propterea quod licet nō faciat sponte, seu ob metum, videtur ut in vitroque casu militet eadem ratio. Ego autem ex eo non probo dictum Butrii, qui etiam quod non constet in foro fori, quin in foro conscientiæ constet, negari nō potest, & ideo existimare potius distinguendū esse, an loquamus de foro conscientiæ, vel de foro fori, & præsertim cum (vt supra dictum est) Deo iuretur, qui hominum corda perscrutatur. Præterea etiam contra illud dictum Butrii notandum est, quod si præsupponamus iurantem animum exequendi promissa habere, utique tale iuramentum per vim & metum extortum, dici non posset, sed potius libera voluntas dici deberet, & ideo extra terminos nostros esse. mus, & sic ex his dictum Butrii impugnari posse existimo. Item quod iuramentum per vim & metum extortum, sit obligatorium, tenuit iterum Imola in cap. non sine multa, num. ii. extra de arbitr. & ideo dixit absolutionem necessariam esse. Vnde dixit Abbas in cap. significavit, num. 5. extra de eo, qui duxit in matrimonium eam, quam polluit per adulter. notandum esse singulariter illum tex. iuncta gloss. quia inquit nescire alibi metum sufficientem impidire, ne matrimonium contrahatur, etiam quod accedat iuriurandum: & ideo inquit ibi esse casum, quod iuramentum metu præstitum non sit obligatorium; id autem ex eo fortasse accidere potest, quod sit contra bonos mores, ac etiam contra substantiam matrimonii, quod in libero consensu & voluntate consistit: iuramentum namq; metu extortum consensus libertatem non dat. Nullus igitur est consensus coactus intercedente iuramento, cum matrimonium libero consensu contrahatur. Hoc autem dictum Abbat. quod metus ad impediriendum matrimonium sufficiat, sequitur Ias. in l. Titia. in princ. col. 3. versic. quinto amplia ff. de verborum obligat. Præterea Abbas in d. cap. si vero, num. 9. & 10. extra de iureiuran. declarando præcedentem materiam † in primis ponit differentiam ipsorum iuramentorum, scilicet assertiorum & promissoriorum, & inquit assertiorum illud dici, quod præsentia continet vel præterita, & contra veritatem etiā ob quicunque metum etiam grauissimum, propterea quod (vt supra diximus) debet quis potius mala omnia perpeti, vt habetur in d. cap. sacris extra quod metus caus. Promissorium autem illud dici, quod futura comprehendit, vtputa cum quis aliquid se facturum promittit, vel dicturum; & hoc inquit seruandum non esse, ex quo sine peccato seruari non potest: si vero sit peccatum in obseruancia, & tunc diuersas esse opiniones inquit ibidem Abbas, & supra satis late dictum est.

Si vero queratur, an metus obligationem impiedit, & inquit Abb. gloss. tenere obligatorium esse, vt ibi per eam, & ibidem tradit Ioan. And. & in cap. verum, eodem tit. extra de iureiuran. & in cap. ad audien-

tiam, extra quod metus caus. videtur velle, vt prædicta opinio in gloss. relata, in foro pœnitentiali locum habeat, vbi de omnibus creditur confitenti, cap. significasti, extra de homicid. Et ideo dicitur, quod si animum obligandi nō habuit, sed temporis tantum redimendi & euadendi: & tunc quod apud Deum non obligetur, cum solum cor hominis respiciat, cap. si quid inuenisti, 14. quest. 5. sed in foro iudiciali, cum ei non creditur, vt habetur in cap. tua, extra de spensalib. & notat innocentius in cap. veniente, extra de iureiuran. non obligare, & ideo in hoc casu Ecclesia ob iuriurandi reuerentiam statuisse, vt obseruari debeat, non secus ac si obligaret, quasi quo ad hoc vim iuramenti ostendere velit, vt habetur in d. cap. si vero, extra de iureiuran. & in d. cap. verum, eodem tit. & idem tenet ibidem Hostiens. Præterea, quod in foro iudiciali liget, tenet Cald. qui testit Beatum Thomam hanc opinionem tenentem in secunda secunda, quest. 79. artic. 7. qui videtur velle, vt etiam obliget in foro conscientiæ, quod tamen intelligit Abb. secundum præcedentem distinctionem. Hanc præterea opinionem tenuit gl. in c. autoritatem. in cap. humana aures. 22. q. 5. Verum quia iurando peccavit, ex quo nomen Dei sine effectu assumpsit, esse tale peccatum veniale. Subdit deinde Abbas ibidem, id fortasse solum procedere in homine perfecto, in alio vero non ita perfecto nullum peccatum dici posse, cum ratione metus excusat. Comprobat hanc suam opinionem eo, quod habetur in simili in cap. ne quis. 22. quest. 2. Aut vero ille, qui iurauit, animum & voluntatem se obligandi habuit: & tunc inquit putare quod si contrafaciat, mortaliter peccet, propterea quod consensus adfuisse negari non potest, sed metus causa ita acriter puniendum non esse, ac si contra iuramentum libere præstitum venisset, argumento d.c. sacris. 2. quest. 1. & ideo inquit, quod vbi de hoc constaret, quod scilicet animum & voluntatem se obligandi habuerit, de mortali peccato puniendum sit, & si non pœna tam acri, & hoc modo declarando restringit tex. in cap. verum §. ceterum, extra de iureiuran. Aut vero, inquit ipse, sumus in dubio, an animum & voluntatem se obligandi habuerit, necne & tunc inquit in hoc casu loqui tex. in d. cap. verum. propterea quod in dubio vt animum se obligandi non habuerit, præsumendum est, argumento text. in cap. super hoc, extra de renunciat. & in l. cum de indebito. ff. de probation. & ita ait sentire Ioan. And. post Hostiensem in d. cap. verum, & in dicto cap. ad audientiam, extra quod metus caus. Verum quia fortasse contrarium accidere possit, ac etiam ne Ecclesia deierandi materiam præbeat, merito in dubio voluit vt tale iuramentum obseruetur, quasi vt se obligare voluerit præsumendum: At ex post facto ratione pœna, quæ restringenda est, in mitiorem partem præsumendum esse, & ideo tanquam de peccato mortali puniendum non esse, & præsertim in odium metum inferentis: tum etiam, quia cum Ecclesia in præsumptione fundetur, in pœna ipsa infligenda sententiam temperare debet, vt notauit Innoc. in cap. quia verisimile, extra de presumption. & hunc putat Abbas eo in loco esse verum intellectum illius de quo substatetur dictum Divi Thomæ, Archidiac. & aliorum, & ex his inquit reddi posse rationem, de qua alias dubitauit: Quare sit vt votum metu factum obligatorium non sit, vt notatur in

*cap. Abba supra relato.* & ideo iuramentum sit quod-dam votum, merito de eis eodem modo iudicandum est, vt notatur in *cap. debitores*, & in *cap. i. extra de iure iuri*. & ideo inquit iuramentum non esse obligatorium, nisi iurans se obligandi animum & intentionem habeat, & ita prælendum esse, licet Ecclesia aliter statuerit, ne detur materia allegandi metum, & ex consequenti deierandi, cum iuramentum in actibus humanis frequens valde sit, & vt in maiori reuerentia habeatur, vt absolutio petatur inductum esse. Quæ quidem ratio in voto cessare videtur, cum raro emittatur. Præterea eandem opinionem, quod iuramentum de iure canonico obliget, etiam quod metu extortum sit, tradidit iterum Abbas in *d. cap. cum contingat*, num. 3. *extra de iure iuri*. & si ab ipso iuramento absolutio peti possit, vt ibidem per eum, qui etiam inquit id communiter teneri, & text. in *d. cap. cum contingat*, responderi iuramentum metu extortum ideo effectualiter & absolute nō ligare, quia absolutio à iuramento peti potest. Verum ad hanc declarationem seu responsonem ibi replicat Abbas, hanc esse magnam improprietatem, cum ita etiam loquatur textus in *d. cap. 2.* & in *cap. licet, eod. tit. lib. 6.* Vnde Abbas aliter declarando inquit: Aut iuramentum est metu extortum casu à l. non prohibito, & tunc obligatorium est, & ita procedat, & intelligatur text. in *d. cap. verum*, & in *cap. si vero, extra de iure iuri*. aut vero in casu à lege prohibito, & tunc ipso iure non obligare, propterea quod ob legis repugnantiam, vt sponte præstetur opus est: & hanc inquit esse veram & propriam speciem *d. c. cum contingat*, & *cap. licet*, & *cap. 2.* & optime ad hoc inquit facere text. in *authen. sacramenta puberum*. C. si aduers. venditio. dum in ea dicitur, metu interueniente nullius esse momenti, & esse subdit singularem limitationem ad iura in contrarium deducta: & hāc declarationem & opinionem tenere reperisse ait Vincētium Mediol. eximium Canonistam, quam dicit Abb. semper tenuisse. Præterea quod iuramentum tūpiter receptum, vtputa per metum, possit à superiore remitti, voluit iterum Abbas in *cap. verum*, num. 2. *extra de iure iuri*. nec necesse esse, vt recipiens prius illud remittere compellatur, sed recta via superiore adiri posse, vt ab illo tanquam nulliter recepto absoluat, & de hoc se refert ad ea, quæ dixit in *cap. i. extra de iure iuri*. & licet loquatur ibidem de absolutione à summo Pontifice concessa, idem tamen dicendum esse de ea arbitratur, quæ ab Episcopo conceditur, vt notauit Innocent. in *d. cap. debitores*, *extra de iure iuri*. & Sigismundus in *consil. 12.* num. 2. in *vol. consil. feudal. diuers.*

Pariter etiam eandem conclusionem, quod iuramentum metu extortum, sit obligatorium, tenuit Felin. in *d. cap. 2. extra de iure iuri*. ob id quod metus consensum non excludat. *d. cap. merito. 15. quest. 17.* vbi latius id prosequitur. id quod procedere existimat, quando iuramentum super contractu præstatutum à iure non prohibito, vt supra paulo ante ostendimus ab eodem Abba. in *cap. cum contingat*, declarari. & ratio est, quia tunc ipso iure non obligat, cum ob legis repugnantiam, vt sponte & vltro præstetur opus sit. Et idem dicit si ob nimiam reuerentiam præstitum sit, vt inquit notari in *l. i. §. que oneranda. ff. quarum rerum actio non datur*. Addit etiam eodem in loco Felin. quempiam contra iu-

ramentum metu præstitum, nisi sit talis metus quæ caderet etiam in constantem virum, vt dixit Abbas in *cap. cum dilecti, col. fin. extra quod met. caus.* & adducit text. in *cap. si vero, extra de iure iuri*. vbi text. ponderat grauissimum metum in relaxatione à iuramento. Illud tamē hac in re adnotandum esse subdit ibidem Felin. num. 3. quod in casu, in quo agitur de iuramento mulieris, & metu in eum adhibito minorem metu sufficere quam in iuramento viri, vt dixit gl. i. in *c. cum locum, extra de elect.* & tradit Butrius in *d. cap. cum dilecti, col. fin. extra quod met. caus.* & in *cap. consultationi, extra de sponsal.* Iterum quod iuramentum de iure canonico vi vel metu extortum obliget, tradit Raphael Fulgos. in *consil. 121.* num. 1. Nam cum concernat periculum animæ, vt *supra diximus*, iuri canonico standum est, *d. authent. sacramenta puberum*. ibi, nullius momenti, & intelligit, vt diximus, cum effectu, ex quo ita iurantes à iuramento absoluendi sunt, probato metu, & causa cognita, licet Bart. in *d. authent. num. 27.* vt *supra diximus*, non obligare firmauerit.

Verum prosequendo illud, quod de metu diximus, omittendum non est, Ioan. Cephal. in *consil. 207.* num. 70. *cum sequen. vol. 2.* hunc metum extendere ad matris & aliorum suasionem, vt si fortasse quispiam eorum suasionibus ad alienandum, seu iurandum compulsus seu inductus fuerit, propterea quod tunc saltem à præstito iuramento absoluendus est: quandoquidem huiusmodi suasiones & importunæ preces voluntatem & animam minus liberum reddunt & spontaneum, prout oportet, *d. authent. sacramenta puberum*, & habetur in *d. cap. vnico*. §. item *sacramenta in tit. de pace iuramen. firmam. in feud.* & tradit Matthaus Afflict. in *decis. 69.* num. 6. & facit text. in *l. i. §. persuadere. ff. de seruo corrup. iuncta l. si superflite. C. de dolo*. Idem præterea de metu (vt aiunt) reuerenti. li. Afflictus eodem in loco, vbi quis eo potius impulsus quam libera voluntate alienat, vel reuerentia ad iurandum impeilitur: Nam etiam ob reuerentiam metum iuramentum nihil operatur, vt notat in *l. i. §. que oneranda. ff. quarum rerum actio non datur*. & tradit Gregor. Natura in *cap. quamvis. col. 11. in 2. limit. de pact. in 6.* & inquit Cephal. fusse dictum Bart. in *d. l. pactum quod dotali*; *col. 2. quest. 1. C. de collat.* vbi Roman. *col. 5. versic. item in quantum. & Corn. col. 1. in 2. limitat.* & ibi etiam Castrensis, *col. 1. in fin. & sequen.* & Crot. in *l. stipulatio hoc modo concepta. col. 15. ff. de verbis obligat.* & Socin. in *reg. 150. limitatione 7.* & Crauet. in *consil. 7. num. 6. versic. cessante.* & subsistente enormissima lassione præsumitur metus reuerentialis, & si minæ vel aliud simile non interuenerit, vbi inquit Socin. senior in *consil. 263.* num. 4. & Ruinus in *consil. 60.* num. 19. vol. 3. post Castren. de quo ibi per eum: & ideo dixit Cephal. in *consil. 295.* num. 18. *volum. 2. iuramentum*, vbi est iustus metus, contractus rescissionem nō impedire, vt dixit Crauetta in *consil. III. num. 12.* & ibi alias refert, si saltem absolutio præcesserit. † Quæ quidem si metus iustus fuerit, concedenda est, vt voluit Butrius in *d. cap. ad aures*, num. 9. *extra de his, que vi metusve causa sunt.* & licet ne cessarius videatur talis metus, vt *supra vidimus*, qui cadat in constantem virum: id tamē inquit à iudicis arbitrio pendere: & ideo Cephal. eo in loco timorem extendit, qui à priuatione seu suspēsione iudiciorum priuationis lucris seu honoris, † & præsertim cum periculum seu iactura extimationis

mationis & dignitatis vitæ comparetur. *Iustitia ff. de manu. vindic.* quandoquidem non minus honorem nostrum, quam vitam existimamus, vt inquit Alex. in l. si dictum, num. 2. ff. de re iudic. & pœna infamia capitalis dicatur. Vnde sicut vasallus feudum amittit, nisi domini sui vitam defendat: ita etiam si elius famam non tueatur, illud amittit, vt inquit Sicut in addit. ad Bald. in c. 1. in princ. in tit. quib. mod. feud. amitt. & Alciat. in tract. præsumpt. reg. 3. præsumpt. fin. num. 11. Quinimo honestis viris metus honoris in maiori extimatione quam mortis esse debet. *I. isti quidem, prope finem, ff. de eo, quod metus causa.* Quemadmodum igitur vbi agitur de timore cruciatus corporis, pro iusto timore habetur, ad hoc vt absolutio à iuramento concedenda sit, & id omnes admittunt: ita etiam & in casu, in quo de metu honoris agitur, concedēdo est, quatenus pertinet ad iustum timorem, Cephal. in d. consil. 295. num. 11. vol. 2. ad illum extendit, qui à minis prouenit superioris, de quo supra latius dictum est, & prouenit à prædictis minis superiorum in officio ad rescindēdam transactionem existentium, vt inquit Bart. in l. interpositas, col. 1. versic. quandoque hac authoritas. C. de transact. & in d. l. metum. ff. de eo, quod metus caus. & Abbas in d. cap. cum dilectus, col. 3. versic. in eadem gloss. extra de his, que merus caus. faciunt ea, que notat Grammat. in consil. 86. num. 25. & 26. in ciuilib. Hac eadem de re loquens Ceph. in d. consil. 295. nu. 2. vol. 2. inquit, quod vbi cunque ex ordinatione, edictis, & proclamationibus, nec mors, nec corporis cruciatus imminent, transactio non videatur rescindenda, & sic videtur iustus timor includere mortis timorem & amissionis patrimonii, vt habetur in dicto cap. 2. extra quod metus caus. At secus esse, si solum de lucri amissione tractatur, propterea quod tunc pati non dicatur. *I. Proculus. ff. de damno infecto, & l. fin. C. de codic. cum vulg.* Præterea quod nec ob infamiam facti iustus metus inferatur existimat. *I. nec timorem, in princip. cum gloss ff. quod met. caus.* & ideo infert, quod vbi timor esse non potest, nisi de quadam facti infamia, lucrive amissione, ob amissionē consulatus & notariatus suspensionem iustus metus non dicatur, & ideo transactio rescindenda non sit, & licet minor timor quam mortis & corporis cruciatus sufficere videatur ad hoc vt iudicis officium transactio rescindatur, vt voluerint Bart. & Bald. in d. l. interpositas. & rursus Bart. in d. l. 1. §. quia oneranda. ff. quar. rev. actio non det. & notat gloss. in d. cap. cum dilectus. vbi etiam Doct. artamen iure cautum non videtur, vt metus amissionis lucri vel infamiae facti iustus sit, & ideo talis transactio iudicis officio rescindi possit, & præsertim præsupposito vt talis transactio iure iurando confirmata sit, cum in eo casu iudicis officium cessare videatur, vt supra, cum de officio iudicis tractaretur, late dictum fuit, & tradit Abb. per illum tex. in d. cap. cum dilectus. Verum prædictis non obstantibus Cephal. eo in loco contrarium verius arbitratur, & concludēdo ait talem transactiōem rescindendam esse. Mouetur autē ex infrascriptis, & prium ponderando edictum prætoris dicentis, dum inquit, quod metus causa gestum erit, ratum non habeo. Quæ verba non solum homines respiciunt, sed etiam Deum; nam vox Dei mediante Prætore protulit illud edictū, quod met. caus. vt inquit Bal. in rub. de contiouers. inuest. in fin. versic. quaritur vltimo. & aliibi, vbi tradit Boerius, qui alios refert in decis. 110.

num. 1. vol. 1. & vltimo loco voluit AEmilian. in consil. 2. num. 5. Subdit præterea pro declaratione ibi contentorum, à venerando illo collegio factum fuisse, vt ille de quo ibi non resideret, nec officium consulatus exerceceret, essetque pariter suspectus in arte notariatus ad ipsius collegii beneplacitum: nec nō quod contra eum vltius procederetur, nisi de aſferto credito illi satisficeret: quæ quidem ordinatio in curia palatii sono tuba fuit publicata, vt hæc omnina ex publicis documentis publice apparuisse ait. Quibus ita in facto existentibus, vt praedictas pœnas evitaret, idem supplicem ad venerandum collegium recurrisse, & cum eo transegisse in suum graue damnum enormemve laſionem, vt de hoc ibi latius ipſe tradit.

Præterea quod conclusio nostra etiam ad metum reverentiale extendatur, & ideo absolutio concedi debeat, tradit etiam Ruin. in consil. 140. nn. 11. vol. 4. Qui quidē Ruin. in consil. 170. n. 18. vol. 1. vult, vt iuramentum per metum reverentiale extortum non liget. Mouetur autem ex eo, quod ibi ille contractus esset à iure reprobatus, vt ibi latius ipſe tradit. Dicit tamen And. de Isern. in lib. 3. cap. 2. §. fin. num. 12. super vſib. feud. in tit. de pace iuram. firm. quod metus sit vanus, nō præbeat ansam impetrandi absolutionem, & ideo subdit iuramentum vi & metu extortum, nullum: & ideo ipso iure non ligare, vel obligare. Præterea Guido Papæ in consil. 156. num. 2. authoritate Ioan. And. in cap. 2. de offic. iudic. dicerido illum iuramentum retractandum non esse, sed obseruandum, inquit impetrari officium iudicis à iurante, vt relaxet, & relaxationem obtentam deinde retractari, & idem tenuit Menochius in tract. recuper. posse. in primo remedio, num. 265. licet Thomas Gram. in consil. 97. num. 6. possit sperni propria authoritate, vt supra paulo ante dictum est, & si vt inquit Alber. in l. isti quidem, num. 4. ff. quod met. caus. & Castren. in consil. 455. num. 6. vol. 2. ille, qui timore per iurii soluit, repetere possit.

Non est etiam omittendum, quatenus pertinet ad rem propositam, Matthæum Affl. in decis. 322. num. 6. fecisse differentiam, an ius vel metus detetus sit, & tunc volebat vt absolutio à iuramento requireretur: alioquin secundum conclusionē Canonistarum agere non posse: at secus esse, si de vi & metu legitime constet, prout erat in casu de quo tunc agebatur, propterea quod tunc ex quo constat de vi & metu iudex secularis partem, cui iuratum est, ob eius violentiam & metum illatum ad telaxandum iuramentum, vt est tex. in l. illicitas. ff. de offic. præsid. & tradit Bald. in d. c. vnic. §. sacramenta. & ideo dixit Abbas in cap. cum sit generale, extra de foro competen. quod si agitur vt iuramentum seruetur, vel non seruetur, & constat iuramentū esse licitum, & tunc possit esse iudex laicus, & iudex Ecclesiasticus, & ideo iuramentum forum foro accumulate, sed de hac accumulatione late suo loco dicetur. De hoc tamen habetur in cap. cum laicus, & ibi Domin. à sancto Germaniano, de foro competen. lib. 6. si vero constet iuramentum esse illicitum, Abbas in dicto cap. cum sit generale, valde dubitat, sed tandem potius inclinat, vt iudex Ecclesiasticus adeūdus sit ad ipsam absolutiōem consequēdam: sed in cap. venerabilem, col. fin. extra de elect. expresse voluit, quod si constat iuramentum esse illicitum, & tunc propria autoritate cōtrauenire possit, vt habetur 22. q. 4. quasi per totam.

Verum

Verum subdit ibidem Afflīct. si constat iuriurādum esse exactum, & tunc cognitionem ad solum iudicem Ecclesiasticum pertinere, vt Canonistæ voluerunt, iuxta quam etiam in foro ciuili iudicandum est. Nec obstat, quod detecta & probata sit vis vel metus, quia fatetur quod in eo casū maritus, possit compelli ad relaxandum iuramentum à iudice seculari. d.l. *illicitas*. sed quo ad illam renunciationem iuratam quæsitum est ius tertio videlicet ei, cui facta est renunciatio ob vim & metum illum vxori cui tertius nullam vim vel metum iniuit, ideo subdit Afflīct. contrariæ opinionis fuisse, vt etiam licet detecta sit vis vel metus, iudex tamē Ecclesiasticus cognoscere debeat, an scilicet constet de vi vel metu, & idem debeat ab ipso iuramento soluere. Nec inquit obstat, quod iuramenta illicita seruanda non sint, quia iuramentum per vim & metum extortum de iure canonico, metro iure obligat, licet a solutio peti possit. Verum quod iudex secularis se intromittere possit, voluit Guido Papæ, in *consil. 175. num. 5.*

Præterea quod absolutio a iuramento peti possit, & præsertim stante metu, tenet Benedictus Capra in *tract. regular. reg. 87. num. 120.*

### C A P. CCCXXIX.

A R G V M E N T V M.

#### De iuramento dolo extorto.

##### S U M M A R I A.

- 1 *Iuramentum dolo extortum, an obliget.*
- 2 *Dolus præsumptus idem operatur, quod verus.*
- 3 *Præsumptiones legum & statutorum sunt liquidissima probationes.*
- 4 *Statutum an super iuramento disponere possit.*
- 5 *Dolus, an & quando vitiet venditionem.*
- 6 *Lex cum loquitur de iuramento confirmatorio, requirit ut dolus & metus absit.*
- 7 *Decreti interpositio in alienatione rerum minorum, non operatur sine causa cognitione.*
- 8 *Iuramentum & statutum quandoq; in casu ficto verificantur.*

**V**Idimus, iuramentum vi extortum non obligare: super est modo, vt quid de dolo + extorto dicendum sit, inspiciamus, qua de re loquens Sebastianus Medices in *tract. de fortuitis casibus, part. 1. quæst. 10. num. 33.* inquit tale iuramentum non obligare, & idem habetur in *decis. Pedemont. 41. num. 3.* dum in ea expresse dicitur, à quoquinque iuramento dolum excipiendum esse. *cap. quamvis, de pæt. lib. 6.* Item quod iuramentum dolo extortum non obliget, tradit Afflīct. in *decis. 220. num. 6.* & quod malitiose præstitum non obliget, tenet etiam Ioan. Lambertatus in *consil. 76. num. 34. vol. 1. consil. vlt. volunt. diuers.* & eandem opinionem sequitur Portius in *consil. 19. num. 42.* & rursus idem Portius in *consil. 31. num. 31.* & Nattai in *consil. 166. num. 20. vol. 1.* dum inquit, quod si dolus interueniat ex proposito, iuramentum nō obligare, vt dixit Paul. Castr. in *d. auth. sacramenta puberum, vol. 2.* & ibidem Ias. in *l. i. notabilis. C. si aduers. vendit.* & refert plures ita declarantes, & tenentes ea ratione, quod dolo deceptus consentire non dicatur: & ideo vñum ex substantialibus ad inducendum iuramentū requisitis deficiat: id quod tenuit etiam Soc. senior in *consil. 214. in causa Hono-*

*pbrii, in fin. vol. 2.* & id etiam tunc locum habere arbitratur, qui falsis suasionibus impellitur: Nam iuramentum procul dubio errantē non obligare nec ligat, cū consensus deficere dicatur, sed sic est quod ille, qui aliquid facit falsis suasionibus impulsus vel adactus, probabiliter errare dicitur, vt dixit Bart. in *l. non fateretur. ff. de confess.* & in *l. errer.* C. de iuris. & facili ignor. ergo quod tale iuramentum nullo modo obliget, dicendum est. Comprobatur hæc conclusio ex eo, quod de hominibus rudibus & facilibus & parum expertis dici solet, qui mali, seu sagacis aduersarii suasionibus soluit: nam illud, quod soluit, vt indebit solutum indebiti condicione repetere ac condicere potest, vt dixit Bal. in *l. i. in prin. C. ne filius pro pat.* & Alex. in *l. i. in fin. ff. de conduct. indeb.* Præterea hanc conclusionem sequitur etiam Paris. in *consil. 75. num. 19. vol. 3. per text. in cap. licet mulieres, de iure iurian. lib. 6.* & in *cap. cum contingat, extra de iure iurian.* & in *dicto cap. quamvis. codem tit. lib. 6.* & Petr. de Anch. in *consil. 330. num. 9.* & Corn. in *consil. 221. num. 12. vol. 2.* vbi cum de arbitrio loqueretur, inquit iuramentum tunc non obligare, nec adstringere, si arbitrator ex dolo ex proposito laudet, seu suam sententiam proferat, cum dolus futurus remitti non possit: nam alioquin esset contra bonos mores, & ob id non obligaret, vt est text. in *cap. non est obligatorium, dereg. iur. lib. 6.* & tradit Socin. iunior in *consil. 50. num. 5. vol. 3.* & rursus eandem conclusionem tenuit Socin. iunior in *consil. 3. num. 34. vol. 2.* & mouetur ex eo, quod in illo casu minus dolose ad contrahendum, vel iurandum inductus fuit: Nam in eo casu, vt iuramentum non obliget, dicendum arbitratur, propterea quod alioquin iniquitatis vinculum eslet, quod non est villo modo dicendum, cum repugnet c. inter cetera. 22. q. 4. & id ultra prædicta satis probabiliter confirmari arbitratur, per text. in *d. auth. sacramenta puberum.* & idem firmat etiam Curt. sen. in *consil. 65. num. 24.* vbi expresse vult, vt iuramentum dolo præstitum non sit obligatorium, & solutionem non require, & loquitur de dolo præsumpto, de quo infra dicitur: nam inquit dolum probari, vbi est enormis læsio, & præsertim quando contrahitur cum minore, cum sit malæ fidei, cum certum sit minorem contrahendo suum consumere, & ideo enormiter lædi, prout est casus in dicta l. cum sciret, secundum intellectum communiter approbatum. ff. de vñcap. pro empto. & dixit Bald. in *consil. 285. punctus talis est, vol. 3.* & tradidit Alex. in *consil. 89. vñso puncto, col. fin. vol. 2.* Ratio autem huius conclusionis est, quia cum constat de enormi læsione & deceptione re ipsa, de dolo constare dicitur, licet præsumpto, qui ab enormi læsione prouenire intelligitur. Dolus namque præsumptus, & dolus ex proposito æquiperantur, vt dixit Petr. de Anch. in *consil. 340. vñsa copia cuiusdam instrumenti,* & in *cap. canonum statuta.* quia ex enormi læsione, vt diximus, dolus præsumitur, vt dixit Bart. in *l. fin. ff. de prætor stipulat.* & Bald. in *cap. vñco. §. item sacramenta, in tit. de pace iuramen. firman. in feud.* & Paul. Castr. in *consil. 216.* & in *consil. 177. in antiquis.* & Roman. in *consil. 54.* & in *consil. 90.* & optime probat text. in *dicto l. superstite, verific. sane.* C. de dolo. cum enim interuenit dolus, iuramentum nullius momenti est, vt voluit gl. & sequuntur Bal. & Salye. in *l. i.* C. si aduers. vendit. & iterum Bald. in *dicto §. item sacramenta,* & ideo inquit absolutione opus nō esse, prout communiter dicunt

# De Executionibus, Tractatus. §. 9. 901

dicunt Doct. & tradit Panorm. in d.c. cum contingat, in 3. notab. & minor dolo ad iurandum inductus sponte contrahere non dicitur, vt est gloss. quam sequuntur Iacob. de Aluarot. in d. §. item sacramenta, & probatur, vt ipse ait, enormi lassione. Præterea eandem conclusionem de dolo ex proposito loquens firmauit August. Berous in consil. 177. nu. 46. & 47. vol. 1. vbi & ipse quoque, vt absolutio à iuramento necessaria non sit, expresse concludit. Præterea eandem conclusionem firmauit Hippol. Rinald. sen. in consil. 102. num. 24. & num. 46. vol. 1. & Alber. in l. ita demum, num. 3. ff. de arbit. vbi loquitur de eo, qui iuravit parere laudo arbitrorum, & concludit tali iuramento non ligari iurantem, si fortasse laudum dolose latum sit, & idem tenuit Soc. iun. in consil. 144. num. 17. vol. 1. & probatur per tex. in d. auth. sacramenta puberum. Nam licet de metu loquatur, idem quoque de dolo dicendum est, vt ibi tradunt Doct. & est tex. vbi etiam tradunt Doct. in c. 2. de pact. lib. 6. ibi, nec dolo, & c. & declarat. Corn. in consil. 258. quamquam in hac. in fin. vol. 4. & tradit Socin. in d. consil. 3. idem quoque dicendum esse, si dolus non ex proposito, sed præsumptus † interueniat, vtputa (vt supra diximus) quia statutum dolum præsumat, vtputa si statuto caueatur, quod si minor alienet ré aliquā immobilem solemnitate nō seruata, de qua in eo, contractus sit nullus, etiam quod in eo ius iurandum sit appositum. Ratio autem est, quia statutum in tali casu præsumit minorem dolose tam ad contrahendum, quam etiam iurandum, inductum fuisse: quandoquidem dubium non est, quin legū & statutorum † præsumptiones liquidissimæ probationes sint. l. licet Imperator, vbi dicunt Doct. ff. de leg. 1. & l. si quis locuples ff. de manu. testam. & idem operatur, quod veritas, vt tradit Abbas. in cap. 10. qui fidem, in primo notab. vbi alii quoque sequuntur, extra de sponsalib. Et in his terminis, quando scilicet statutum contractum annullat dolum præsumendo iuramentum non liget, voluit singulariter Bart. in l. omnes populi, in 2. quest. 4. questio principalis, versic. item si statutum diceret, & c. cum multis aliis similibus relatis, prout voluit etiam Petrus de Anch. in consil. 330. visis facti narratione, col. 4. inquietus, quod si iuramentum ex præsumptione dolo præstitum dicatur, minori præjudicare non dicatur, vt latius ibi per eum. Hoc idem voluit etiam Alex. in consil. 115. viso themate, col. penult. vol. 7. inquietus hanc statuti præsumptionem pro veritate haberet. Et idem quoque hanc doctrinam commendando dixit Corn. in consil. 135. visis articulis, in 2. & 3. col. vol. 1. & in consil. 121. videtur prima facie, col. 2. & in consil. 99. magnum dubium, in 1. & 2. col. vol. 4. & idem quoq. voluit Barb. in consil. 21. & quide viso punto. col. 1. vol. 1. vbi pro hoc plura adducit, & inter alia inquit hanc fuisse opinionem Iacobi de Belluio in quadam eius disputacione incipiente, lex Perusina. quem etiam retulit Bart. in d. l. omnes populi. & sic subdit Socin. satis concludenter apparere, hanc esse communē opinionē, & ideo dixit Ias. in d. auth. sacramenta puberum, in col. fin. ab ea villo modo recedendum non esse in iudicando, & si nonnulli contrariū voluerint, & male, vt fuit Corn. in consil. 7. vol. 2. Rursus hanc eandem conclusionem, quod dolus præsumptus sufficiat, firmauit iterum Socin. iunior in consil. 149. num. 9. & 10. vol. 3. Præterea, quod quando in iuramento concurrit dolus partis, iuramentum non obliget, firmat

eriam Socin. sen. in d. consil. 214. num. 9. vol. 2. & ideo absolutionem necessariam non esse arbitratur, per text. in d. auth. sacramenta puberum. intelligendo, vt etiam de dolo loquatur, & idem voluit Benedictus Capra in d. cap. cum contingat, extra de iure iurant. vbi inquit plures ita consuluisse. Præterea, quod iuramentum dolosum non sit seruandum, tradit etiam Alexander. in consil. 151. num. 14. vol. 7. & loquitur etiam de dolo præsumpto à statuto addendo, talem statuti præsumptionem pro veritate haberet, per text. in l. siue possidetis, & quod ibi notatur. C. de prescript. & in l. fin. in princ. ff. quod metus causa. & in cap. 10. qui, extra de sponsalib. & iterum idem voluit Alexand. in consil. 196. num. 4. vol. 6. vbi pariter loquitur de dolo à statuto præsumpto, & inquit stante statuto de ætate legitima iuramentum vti per fraudem extortum non subsistere, & in hoc statutum seruandum esse, vt dicit Bart. in dicta l. omnes populi, in 3. quest. principali. ff. de iustitia & iure. & Bald. in d. l. non dubium, in 17. oppositione. C. de legib. & Bald. & Salye. in d. auth. sacramenta puberum. C. si aduers. vendit. & Petr. de Anch. in d. cap. canonum statuta, in 11. quest. principali, extra de constitution. & in consil. 330. visa facti narratione, & copias testamenti. & Card. Florentinus in d. cap. cum contingat, extra de iure iurant. & Paul. Castrensis in l. fin. ff. qui satij d. cogan. Nam cessat causa peccati, cum a statuto dolus præsumatur vel metus, vt habetur in cap. si vero, extra de iure iurant. & in d. cap. cum contingat, eodem tit. & hanc opinionem subdit Alex. tenere etiam Bald. in d. l. omnes populi, col. 8. licet alia ratione, respondendo tamen Alex. in locis supra relatis ad illam obiectionem, quod statutum † super iuramento disponere nō possit, vt latius per eos. Præterea hanc eandem conclusionem, quod quando contractus celebratus cum minore lege resistente, non obstante iuramento contractus infirmari possit, etiam quod iuratus fuerit, ob id quod dolo extortum dicatur, tradit Butrius in d. cap. cum contingat. Itidein hanc conclusionem sequitur Augustinus Berous in cap. 1. nu. 9. extra de in integ. reslit. dum vult, quod non obstante iuramento, si interueniat dolus ex proposito, quis contra contractum iuratum venire possit. Præterea hanc conclusionem tenuerunt Raphael Fulgos. & Raphael Raymundus in consil. 180. num. 4. vbi expresse responderunt, iuramentum dolo extortum contractum non contulidate, nec minori maiorem facere, cum nō valeat, vt notat gl. in d. c. vnico. §. item sacramenta, in verbo, quarimoniam, in tit. de pace iuram. firmam. & ibi Bald. & rationem adducit, de qua supra diximus, quod iuramentum non debet esse vinculum iniquitatis, vt notat Bart. de iuramento metu interposito, in d. auth. sacramenta puberum, in fin. † Nam licet dolus non vitiet venditionem, nisi causam dolo præbuerit, vt habetur in l. eleganter, in princ. C. de dolo. & in l. dolus. C. de rescind. vendit. attamen iuramentum ipsum saltem ad confirmandum tollit: quia lex † cum loquitur de iuramento confirmatorio, vt dolus & metus absit, expostulat & requirit, quo fit vt cum reperiatur minori alienasse rem immobilem absque requisita solemnitate ob id quod licet decretum † interuenierit: ipsa decreti interpositio sine causæ cognitione non subsistit. l. magis puto. §. ne passim. ff. de rebus eorum. & l. minorum. C. de præd. minor. Item quod iuramentum dolo extortum ex proposito contractum & actum non coualidet, firmauit iterum

Ioan. Maria. Riminald. in consilio 222. Præterea quod iuramentum extortum dolo ex proposito contractum non conualidet & actum gestum, tenuit iterum Riminald. senior in consil. 249. num. 25. vol. 2. & si Ruin. in consil. 103. num. 6. vol. 4. voluerit dolum præsumptum ex formæ ipsius statuti omissione iuramentum non tollat, contra ea quæ nos supra deduximus. Item, quod iuramentum dolo extortum iuranti non noceat, firmauit etiam Hippol. Marsil. in consil. 32. num. 23. vol. 1. & Barbat. in consil. 16. col. 8. in princ. vol. 3. col. 2. & si Specul. in lib. 2. de except. & replicatio. §. 3. num. 30. velit ut iuramentum temerarium vel dolo extortum propria autoritate sperni non possit, ut supra dictum est de iuramento vi extorto. Verum August. Berous in consil. 59. num. 7. vol. 1. expresse dicit in iis, in quibus dolus & fraus est iuramentum effectus suos non patere, nec iurantem obligare, etiam quod absque interitu salutis æternæ seruari possit. d. cap. cum contingat. & d. cap. quamvis, de pact. lib. 6. & d. cap. licet mulieres, de iure iurant. eod. lib. & d. auth. sacramenta puberum. C. si aduers. vendit. & rursus idem Berous in consil. 177. num. 45. eod. vol. 1. inquit, quemlibet dolum vim iuramenti exclude-re, ut ibidem latius per eum.

Hæc tamen regula in quibusdam limitatur, ut dixit Sebalt. Medices in d. tract. de casib. fortuit. part. 1. quest. 10. num. 33. Et primo in ignorantia, propterea quod ignorans in dolo esse non potest, nec dicit ut dolose faciat, ut habetur in d. decisi. Pedemont. 51. num. 12. vbi in eis exemplam ponit, qui in ius alterius succedunt. l. qui in alterius ff. de reg. iur. & l. fin. ff. pro socio, & l. mulier. C. ad senatus cons. Velleian. & cap. cum quis, de reg. iur. in 6. & tradit Corasius in l. 1. §. si stip. alianti, in fin. ff. de verb. oblig. vbi distinguit inter ignorantem & scientem.

Secundo limitatur in eo, qui non est proximus pubertati, ut est gloss. in l. heredibus, versic. pubertate. ff. de dolo. & tradit gloss. in l. impuberem. ff. defurt. & tradit Imola in clem. vñica. num. 5. extra de homic. & tradit etiam Mendocius in tract. de etate minor. cap. 4. num. 36. & de hoc supra late diximus, cum tractaremus, an iuramentum impuberem obliget.

Tertio limitatur in eo, qui vult, propterea quod volenti non sit fraus neq; iniuria, ut dixit gloss. l. in l. nam & si. ff. de rei vendic. & tradit Vitalis in tract. clausular. in tit. de absolutio. à iuramento, num. 7. & habetur in cap. scienti, de reg. iur. lib. 6.

Prosequendo præcedentem conclusionem, ut scilicet nō solum, quando contractus vere appetet, aut probatur simulatus, sed etiam quādo talis præsumitur, nullam vim det contractui, quia etiam iuramentum in eo casu præsumatur simulatum, tenuit Iac. de Belluis. prout etiam supra diximus de statuto præsumente simulationem in contractu à minore vel muliere sine certa solēnitate facto, & sequutus est etiam Bart. qui etiam loquitur de contractu, qui præsumitur dolosus, in d. l. omnes populi, colum. 8. in 3. quest. princ. versic. item si statutum diceret quod minoris contractus. ff. de iustitia & iure. & Bald. & Salycet. & recentiores in d. authen. sacramenta puberum. & Bald. in l. 2. col. 37. versic. super quinta questione. & iterum col. 42. versic. quartum remedium. ff. de iure iurant. & Anch. in c. 1. in 9. quest. princ. extra de constitut. & in c. ea, que sunt, col. 12. in 3. quest. versic. in his etiam casibus, de reg. iur. in 6. & Panorm. in c. cum contingat, col. 12. versic. & primo sciendum. & Socin. qui multos alios deducit con-

cordantes in consil. 66. frustra plenitudini, col. 6. versic. secundo principaliter, vol. 1. Id quod ex eo confirmatur, quod dicitur iuriandum sequi naturam actus, supra late diximus. Præterea idem Tiraquel. eodem ita loco, num. 32. prius firmat regulam generalem, sed illud debet præcedere, ut iuramentum actum simulatum non confirmet, ut voltuit gloss. in l. emplio. C. plus valere, quod agitur. vbi inquit, quod sic ut non valet contractus simulatus & non subsistit, idem quoq; de iuramento in eo appositum dicendum sit, & ideo talis contractus vim & robur ab ipso iuramento non teneat: quandoquidem & iuramentum quoq; simulatum præsumitur. Eadem gloss. sequitur Bal. & Ang. qui illam inquit singulare, ut notari ibidem Salycet. & Paul. Castren. in l. fin. C. eodem tit. plus valere, quod agitur. & Bart. in l. cum quis decedens. §. Titia. & §. codicilli. ff. de leg. 3. & in l. Se-ius & Augerius post medium, versic. refert etiam hic. ff. ad legem Falcid. & Bald. in l. 1. col. 1. versic. modo solet dubitari. C. de oper. libert. & in l. ne patronus, col. fin. eodem tit. & in l. rogasti. §. si tibi, col. fin. in 9. lectura. ff. si certum petat. & in l. fin. ff. qui satisfare cogant. ut declarat ipse Bald. in hoc casu, an opoteat petere absolutionem, seu relaxationem à iuramento, & idem Bald. in rubr. ff. de iure iurant. col. fin. & Angel. in l. 1. in fin. C. de dote causa non numer. vbi etiam illam gloss. inquit singularem, & Cardin. Florent. qui eam dicit notabilem in cap. ad nostram, colum. fin. versic. secundo quaro, vbi etiam Imola, col. fin. versic. an autem iuramentum. & Panorm. in 3. notab. & Barbat. col. 3. & Antonius Burgos, qui id post alios declarat, col. 9. versic. ex tertio notabilis, extra de empt. & vendit. & Petrus Anch. in cap. accessoriū, col. 6. versic. ex predictis possumus dicere. ibi, similiter non firmat. de reg. iur. in 6. & Ant. de Butrio in d. cap. cum contingat, col. penult. versic. octauo quando lex. vbi etiam Imola, col. 75. in 7. memb. sua distinctionis, versic. iuxta predicta potest esse dubium. & Panor. qui id late declarat, col. 12. versic. adnecto nunc aliud dubium, extra de iure iurant. & Imola in l. nemo potest, col. 21. versic. item aude ei quod tangit, & ibi Alex. an. col. 4. versic. sed est dubium, quid fin instrumento ff. de leg. 1. & Ias. in consil. 8. versic. tertio principaliter, vol. 1. & Panor. in sua disputatione stante statuto, col. 2. versic. quinto, & Paul. Castren. in l. contra legem, in fin. ff. de legib. & in l. si quis pro eo, col. 3. versic. aude quintum casum. ff. de fideiuss. & in d. consil. 143. col. 1. vol. 1. & in consil. 145. vñis his, quæ narrantur, col. penult. in fin. eodem vol. 2. & in consil. 306. quam longast. col. 2. versic. item non obstat, quod contractus, vol. 2. vbi id declarat. & Roman. in consil. 44. ex supra narrato themate, col. 2. versic. secunda ratio est, & in consil. 293. pre. upposito, in 2. dub. & in consil. 520. circa proposita conclusionem, col. 4. versic. nec refragatur. tex. & Alex. in l. fin. donatione, col. 3. versic. pro ista opinione etiam C. de collat. & Cepol. in tract. de simulat. contract. in 7. præsumpt. & Corn. in consil. 135. vñis articulis, col. 3. in fin. vol. 1. & in consil. 284. in praesenti consultatione, col. vlt. eod. vol. 1. & in consil. 104. circa primum, col. 2. vol. 2. & Maria. Socin. inter consil. Barth. Socin. filii, in consil. 65. circa primam questionem, col. antepenult. versic. sed tamen, quicquid sit. & ipsem Barth. filius, in consil. seq. frustra plenitudini, col. 6. versic. secundo principaliter, vol. 1. & in consil. 155. præstantissime Doctor, col. fin. versic. forte posset dicere, vol. 2. & in consil. 264. vñis instrumeto, col. 9. versic. non obstat etiam iuramentum, eod. vol. 2. & Barbat. in d. consil. 60. vol. 19. versic. præterea facit. & iterum col. 22. versic. capio aliud dubium, vol. 3. & in consil. 70. illud in medium

medium referam, col. 14. versic. & si dicatur, eodem vol. 3. & Guido Pape in consil. 180. circa processum declaratio-  
nis, col. penult. & Ias. qui vbi ferme dicit singularem in  
d. l. non dubium, col. 2. C. de legib. & in auth. sacramenta  
puberum, col. fin. C. si aduers. vend. & in §. fuerat. versic. il-  
lud singularissimum, Instit. de act. & in consil. 36. factum  
sic se habet, de anno col. 2. vers. dicit etiam magister, vol. 1.  
& Vitalis Camba. in tract. clausul. in tit. an iuramentum  
validet contractū simulatum. & Steph. Bertran. in consil.  
236. viso processu, in fin. vol. 2. & Hippol. Mars. in cap. at si  
clericī, num. 169. extra de iudic. & in consil. 125. eterna lu-  
cis, num. 37. cum multis aliis concordantibus, qui infrare-  
feruntur. Præterea quod iuramentum quando à sta-  
tuto dolo extortum reputatur, nihil operetur, tra-  
dit etiam Ioan. Baptista Bouius in tract. de statut. vrb.  
præscript. gloss. 24. num. 6. Præterea animaduertendū est, dum Capra in Regul. 87. num. 184. inquit,  
regulare esse ut concurrente pretii modicitate, &  
pacto de retrouendendo, contractus simulatus di-  
ci potest, & pignoratitius, & ideo tunc de simula-  
tionē excipi potest, etiam non petita absolutione à  
iuramento, vt inquit gloss. notabilis in l. 3. C. plus valere,  
quod agit. quae inquit in tali casu iuramentum  
non obstat, quin de simulatione opponi possit, &  
licet Capra ibidem dicat id non procedere à supra-  
dictis tribus casibus & fallentiis: quarum prima est,  
quando post contractum & instrumentum ex in-  
teruallo à venditore omnibus exceptionibus com-  
petentibus renunciatum est, ob id quod tunc simu-  
lationem exceptionis opponere non posset, vt di-  
xit Bart. in l. nemo potest ff. de leg. 1. per ea, quae habentur  
in l. 2. C. quod met. caus. secundum Florian. & Imola in d.  
cap. ad nostram.

Secundo vero loco fallit prædicta conclusio,  
quando expresse esset iuratū omnia & singula in  
instrumento contenta vera esse, propterea quod  
tunc simulationem allegando iuramentum impug-  
nare diceretur, vt inquit Imola in loco supra rela-  
to: & facit illud quod notat Bart. in l. post mortem. ff.  
de adopt. & Butri. in d. cap. cum contingat, extra de iure-  
iur. vt id clare voluit Nicol.

Tertio fallit, vbi post contractum & instrumen-  
tum ex interuallo vendor fateretur venditionem  
veram & non fictam fuisse, nec simulatam seu pi-  
gnoratitiam, vt dixit Nicol. in d. cap. cum contingat. &  
ratio est, quia videmus quod contra præsumptionem  
iuris & de iure partis confessio in contrarium  
admittitur, auth. sed iam necesse. C. de donat. ante nupt.  
& cap. is, quis fidem, extra de sponsal. & facit illud quod  
voluit Innoc. in cap. quia plerique, extra de immun. ec-  
cles. vbi vult, vt contra sententiam quae transfuit in  
rem iudicatam partis confessio admittatur, iniqui-  
tatem detegens, & sic reuocetur: attamen contra  
hoc dictum Capræ facere videtur illud, quod supra  
diximus: Namque stante modicitate pretii & pacto  
de retrouendendo, leges presumunt talem contra-  
ctum esse simulatum.

Omittendum præterea non est illud, quod dixit  
Natta in consil. 28. nu. 9. vol. 1. vbi hanc eandem con-  
clusionem approbando inquit, licet iuramentum  
contractum simulatum non confirmet, ea ratione  
& ipsum quoque simulatum censeatur, per ea quae  
ultra prædicta dixit Castren. in l. si quis pro eo, in prin.  
col. 4. ff. de fideiussor. & ratio est, quia cum huiusmodi  
iuramentum consensum non habeat, anima care-  
re dicitur. Verum stantibus prædictis querit Natta,

quid de dotis confessione dicendum sit? Et con-  
cludit confessionem illam dotis receptæ esse simu-  
latam, & ideo iuramento nō confirmari. Ratio au-  
tem est, quia non subsistit uti confessio, sed tanquam  
donatio, quae sub actu illo confessionis simulatur,  
& ideo non dicitur simulata, sed vera, cum maritus  
re vera donare velit, & si sub quadam simulatione  
donet. Vnde cum sit vera donatio licet iuris præ-  
sumptione, ideo iuramento confirmatur cum in ea  
ad sit consensus: & ita rationi, quam adduxit Rom.  
respondebat Bald. nouel. in tract. de date, in 10. par. princi-  
pali, col. 5. & ita inquit consuluisse Rom. & saepè ab  
aliis quoque consultum fuisse, & sic videtur velle  
Natta, ut iuramentum licet contractum simulatum  
nō confirmet, firmat tamen illud, quod in tali con-  
tractu simulato vere & realiter fit, ex quo in eo cō-  
sensus utriusque, vel saltem alterius adest, & ita de-  
clarando videtur limitanda in hoc casu conclusio  
supra proposita. Præterea prosequendo eandem  
conclusionem, quod instrumentum simulatum iu-  
ramento non confirmetur, tenet etiam Roland. à  
Valle in consil. 47. nu. 16. cum sequentib. vol. 4. & Crot.  
ultra eos quos supra retulimus, in l. si constante. col. 53.  
ff. sol. matr. & in consil. 12. num. 23. & Alex. in l. pen. in 3.  
notab. C. de transact. & ideo Bald. in l. rogasti. §. si tibi,  
col. fin. ff. si cert. petat. per ea, quae dixit gloss. in l. si quis pro  
eo. ff. de fideiussor. que voluit, vt si iuramentum super  
contractu simulato apponatur, rescissione non in-  
digeat. Præterea hanc conclusionem firmat Nicol.  
Bellon. in consil. 47. nu. 7. Et ideo animaduertendum  
est, quod ex quo præsupponit in casu suo, quod  
maritus iurauerit, qui dotem confessus est sibi nu-  
meratam fuisse, & insuper omnia contenta in illo  
instrumento vera esse: attamen tale iuramentum ex-  
ceptionem simulationis nō tollere: & si tollat, ex-  
ceptionem nō numeratæ dotis, vt dixit Ang. in l.  
C. de dote cauta non num. & ideo in practica notandum  
esse inquit Ias. in §. fuerat, num. 86. Instit. de action. vt  
contractus simulatus iuramento nō confirmetur,  
vt ibi per eum, & ideo inquit non obstante tali iura-  
mento simulationem obiici posse, nec aliam requiri  
probationem, cum sit talis simulatio à iure præ-  
sumpta. Vnde etiam est, vt probationem, si qua re-  
quiratur, in aduersarium reiiciat, & ideo debet ipse  
aduersarius numerationem dotis probare ad elide-  
dam illam præsumptionem, vt notatur in l. si prius.  
ff. de noui oper. nunc. & ita sentit Alexan. in consil. 142.  
viso processu, col. 3. versic. fortificantur, vol. 5. Loquitur  
etiam Bellonus in loco paulo ante deducto de do-  
tis confessione, ex qua oritur donatio, & tamen  
non concurrit cum Natta in loco paulo ante rela-  
to, quod tale iuramentum eam saltem conualidet  
donationem. At Gozad. in consil. 16. num. 13, pariter  
loquens de contractu nullo ex dispositione statuto-  
rum, pariter inquit talem contractum nullum iu-  
ramento non confirmari ea ratione, quod quando  
contractus simulatus præsumitur, & in fraudem fa-  
ctus iuramento nō confirmetur, vt dixit gloss. in l.  
3. vbi Bal. C. plus valere, quod agit & Bart. & alii in l. Se-  
nius & Augerius. ff. ad l. Falc. vt ibidem latius per eum. Item  
Gozad. in consil. 69. num. 11. confirmat eandem opini-  
onem, quod contractus simulatus iuramento nō  
firmetur per ea, quae voluit Angel. in rub. ff. de iure-  
iuran. col. fin. Quinimo subdit ibidem Gozad. iura-  
mentum contractum magis simulatum reddere &  
suspectum argumento eorum quae habentur in cap.

super hoc, extra de renunciatione. & est gloss. notabilis, & ibi etiam Bart. in l. si quis sub conditione. ff. de conditione. instit. Item hanc eandem conclusionem, ut iuramentum contractum simulatum non confirmet, voluit etiam Socin. senior in consil. 61. num. 22. vol. 1. vbi expresse inquit, quod vbi unum simulatur, & aliud agitur, iuramentum contractum non conualidet: vbi etiam loquitur de statuto mandante, ut in contractibus minorum & mulierum quædam solemnitas ad eorum validitatē adhibetur, & concludendo inquit ea non seruata, iuramentum contractum non confirmare ob id, quod statutum actus fraudem presumat, & idem etiam, num. 23. tenet quando esset iuratū omnia & singula vera fuisse, & vult ut eo non obstante simulationis exceptio opponi possit. Item quod iuramentum non confirmet contractum simulatum, firmat etiam Stephan. Bertran. in consil. 219. num. 10. cum sequen. vol. 2. & late Curt. iunior in consil. 53. num. 7. vbi etiam ait ad eum casum accommodari non posse, an iuramentum simpliciter apponatur super contractu simulato, vel iuretur omnia & singula contenta in eo contractu vera esse: & ideo dixit idem Curt. in consil. 141. num. 20. & Socin. sen. in consil. 265. col. 6. vbi refert Fulgosium, consulendo dicere, quod vbi in contractu apponitur dolus presumatur etiam iuramentum dolo extortum, & ex consequenti in eo iuramento vim fieri non posse. d. cap. quamvis. de pact. lib. 6. id quod comprobatur etiam ex eo, quod notat Bald. in l. si ex cautione, col. 2. C. de non num. pecun. & latius tradit Alex. in consil. 178. visa scriptura. col. 2. vol. 2. & in consil. 89. visopuncto, col. 5. vol. 2. Contrarium vero eorum quæ supra diximus de eo iuramento, omnia vera esse, tenere videtur Augustin. Berous, dum in consil. 165. num. 5. vol. 1. inquit, quod si iuretur omnia & singula vera esse, & illis contrauenire non possit, deinde ita iurans simulationem obuicere, nec contractum de fraude arguere, ob id quod in eo consensus deficiat, argum. l. fin. C. de non num. pecun. quandoquidem facit differentiam inter simulationem contractus de seipso ad seipsum, vel de contractu ad alium contractum, propterea quod quando est simulario de contractu ad alium contractum, ut est quando vere & realiter tacite contrahitur, vix pignus vel contractus usurarius: expresse autem emptionis & venditionis contractus appareat, prout declarat Henricus Boich. in d. c. ad nostram, in princ. extra de empt. & vend. & Pau. Castr. in d. l. emptione. nam tunc, ut iureitando non confirmetur, seu confirmari possit arbitratur: secus vero si iuretur omnia & singula vera esse, quia tunc ut omnino iuramento confirmetur existimat: & ideo iurantem tunc metu peritii venire non posse. prout supra ex Natta de confessione dotu à marito facta diximus. Hanc declarationem ut inquit Berous, tradidit gloss. in d. l. emptione, quam sequitur Imola post Barr. in l. nemo potest. ff. de leg. 1. & optime declarat ita distinguendo Salyc. post Bald. in d. l. emptione, & Ioh. de Imola in d. c. ad nostram. & voluerit recentiores Veronenses in d. tract. in 7. presumptione, circa finem. subdit tamen Berous ibidem, num. 26. quod in illis casibus in quibus est simulatus, & praesertim ea simulatione quæ sit de contractu ad contractum, de qua supra diximus, iuxtanotata ab Henrico Boich. in d. cap. ad nostram, qui ut ipse existimat iuramento ita firmari ut iurans contrafacere vel venire non possit:

contrafacere tamen vel venire licere, si prius ab Episcopo ei iusurandum relaxetur, vel eum habilem reddat: antea vero iuramento standum esse. c. 1. extra de iureiur. prout declarat etiam Salyc. post Bald. quem alii sequuntur, in d. l. emptione. Eam tamen relaxationem seu absolutionem præcedere inquit debere principalem debitoris intentionem volentis de usuraria prauitate agere, ad eam autem impenetrandam satis esse, si usuraria prauitas probetur ad hoc ut postea iurans contrafacere possit. Debet tamen ea absolutio seu relaxatio fieri parte citata, aliquoquin non procederet, ut latius ibidem per eum. & ideo idem Berous in consil. 51. num. 5. 6. 7. & 8. hanc materiam declarando inquit, quod si ante absolutionem impetratam iurans contraueniat tanquam periurum expellendum esse, argum. l. si quis maior. C. de transact. & si deinde eam petere vellet, non posset nec absolutionem quæ deinde cōcederetur, quicquam prodesset, ex quo ante concessam absolutionem contrauenisset, & ideo periurus eūfissit, ut voluit Abbas in d. cap. 1. in fin. col. 4. post Federic. de Sen. in consil. 289. Facit etiam ad hoc illud, quod habetur in sequenti conclusione de enormissima læsione, ut omnia quatenus licet in materia ita diffusa conuenienti loco ponantur. Præterea, quod quando iuramentum per dolum ex proposito extortum est, non solum contractum non conualidet, sed iuramentum quoque ipsum nullum sit, & iurantem non liget, firmat iterum Aug. Berous in consil. 177. num. 46. vol. 1. vnde Berous ibidem, num. 7. distinguendo dixit huc in modum: Aut enim inquit ipse, quis iurat & promittit nullo interueniente dolo vel metu, & tunc iurans præcise teneatur iusurandum adimplere, ira ut nec etiam ratione minoris ætatis contrafacere possit, nec etiam in integrum restituitionem petere: & si petatur, concedendam non esse, & concessa non prospicit. d. cap. cum contingat, & d. cap. quamvis, & est tex. in d. auth. sacramenta puberum. C. si aduers. vendit. & ibidem latius prosequitur Berous. Aut vero dolo saltē re ipsa, vel metu qui cadere possit in constantem virum, quispam inductus est, tunc si potest iusurandum seruare, tenetur sine tamen interitu salutis æternæ, vel sui corporis, & id donec absolutione ab Ecclesia legitime concedatur, ut est tex. in d. cap. si vero, cum similibus supra relatis. Vbi Butrius, qui idem dixit in d. cap. cum contingat, in quanto casu principali inquit, quod licet quando enormis læsio interuenit, possit non solū minor absolutione non petita contrafacere, sed etiam maior: at tamen si non contrauenire iuratū sit, ratione enormis læsionis contrauenire iurans non potest, nisi obtenta prius absolutione. Vnde Bar. in l. 2. C. dereuin. vend. tenet nullo modo etiam absolutione obtenta contrauenire posse, ut Ant. ibi refert, & ideo diligenter animaduertendum est in extēdendo ad alia iuramenta: quia cum sint omnino varia & diuersis modis præstentur, merito quādo sint nulla, & quādo absolutione necessaria sit, diligenter animaduertendum est. Rursus prosequendo proposita, omitendum non est illud, quod dixit Bald. nouel. in tract. de doce, in 1. parte. quæst. 53. num. 3. & 4. dum primo loco firmando conclusionem ut iuramentum contractus simulatus non confirmet, etiam inspecto iure canonico: illud tamē confirmari existimat, quod in veritate agitur, vel ei formētum præstat, si sit contractus qui iuramento confirmari vel saltem à iuramento

ramento formatum aliquod recipere, etiam quod sit sceneratius, adeo ut sine absolutione episcopi à iuramento conueniti nō possit, vt ibi latius per eum, & loquitur vt supra vidimus ex Nat. Et alius de dotu non numerata confessione: Et ideo concludit quod licet confessio non teneat vti facta & simulata, cum vere & re ipsa facta non sit, iuramento tamen firmetur eodem donatio, quæ ab ipsa confessione oritur, & dotis numeratione, ob id quod saltem confirmando recepisse & numeratam fuisse vere donatio oratur, & intelligendum sit quod maritus vxori donare voluerit. Abbas autem in d.c. cum contingat, num. 3. extra de iureiuran. inquit, quod respectu doli casus est clarus, si sit talis dolus, vt contractum tollat vel impedit, iuxta notata per loan. And in c. vnic. extra commoda. Et quatenus pertinet de eo, qui iuravit omnia vera esse, & iuramentum dolo extortum est, quod absolutio necessaria non sit, neene, late disputat Abbas in d.c. cum contingat, num. 8. & multa ex vtraque parte deducit: & tandem resoluendo difficultatem, & concludendo plures casus conumbrat. Quorum primus sane est, quando simulatio ex vtraque parte adest virtusque contrahentis, & actum sit inter partes, vt tam contractus quam iuramenta essent simulata: sed interuenerit simulatio ex iusta causa, vtputa propter iustum timorem, vel debitor anxius mutui reperiendi in forma venditionis pignus receperit ad hoc vt creditor fructus lucraretur: & tunc siue subrogetur in locum alterius contractus, siue non, iuramentum non obligare, ex quo deficit consensus, & iusta fuit causa simulandi, vt habetur in cap. i. extra quod met. caus. & l. fin. C. de non numer. pecun.

Secundus vero casus est, quād omnia interueniunt, quæ in præcedenti casu referuntur: sed simulandi causa fuit iniusta & iniqua, vtputa quia vt fraudaretur gabella, fixerūt alium contractum & iurauerunt, vel ad deceptionē alterius, & tunc maior suboritur dubitatio: attamen inquit ibi Abbas in eo casū ad formam iurandi animaduertendum esse. Aut enim, inquit ipse, quis iurat singula in instrumento contenta vera esse, & tunc in continenti sit periuersus, & si in mente conciperet illa falsa esse, propterea quod intentionis ex iusta causa simulatio non excusat, vt notatur in c. quod interest. 27. distinct. prout accidit in eo, qui prece vel pretio corruptius falsum deponit. c.i. extra de crimine falsi. & ideo simulationem allegans, ex quo suam turpidinem fatetur, scilicet periuersum. c. inter dilectos. extra de donat. & c. cum super, extra de concess. proben. & tradit Bart. in l. post mortem. ff. de adopt. si vero iuret contra illud quod sianulat, & tunc inquit existimare quod licet graniter peccet quo ad Deum iurando in vanum & præsertim ad terrium decipiendum: attamē si transgrediatur in periuersum non incidere, propterea intentio se obligandi non adfuit: & ideo respectu Dei absolutio non exigitur, argum. text. in cap. tua, extra de spons. & facit illud, quod notat gloss. in cap. tuarum, extra de priuileg. & Archid. in d. cap. quod interrogati. 27. distinct. Si vero ad fotum contentiosum respiciamus, iuramentum seruare compellendum esse, quatenus in eius præiudicium versum est, nec imminet animæ periculum, propterea rerum ordinem confundere non debuit. & præsertim spiritualium, & iuramento abuti, & præsertim ad tertium decipiendum: & ideo huiusmodi tur-

pitudinem allegans audiri non debet, vt habeatur optime in text. & in d. cap. quod interrogati. & illud, quod ibi notatur, & illud etiam quod notat gloss. in d. cap. tua, extra de sponsalib.

Tertius autem casus est, quando simulatio ex parte vtriusque interuenit, & iuramentum super eo contractu præstitū fuit tacite vel expresse, vt iurans non contrafaciat illi contractui, sed conseruetur contractus verus, vtputa pignoratius, & tunc inquit Abbas iurantem proculdubio non petita absolutione contra contractum illum ire non posse, & in hoc casu arbitratur procedere illud, quod dixit Ang. post Feder. de Sen. & ratio est, quia hoc iuramentum vtriusque inspecta intentione obligat, ad hoc vt simulatio non detegatur, & vt verus contractus, vtputa pignoratius, seruetur, & sub hoc velamine fructus usurarum loco accipiat: & ideo perinde est, ac si usuras soluere iurasset, quo casu non petita absolutione contrafacere non licet, vt habetur in cap. i. & in cap. debitores, extra de iureiuran. & hic casus, vt Abbas ibi arbitratur, dubium non habet, si iuramentum ad hoc præstitum fuisse appareat, vide licet vt contractus ille simulatus seruetur, vt appareat, & simulatio non detegatur. Verum dubium aliquod facit, si iuramentum simpliciter præstitum sit, nec quid de iuramento appetat, & de hoc tradit in sequenti casu & videbimus.

Quartus casus est, quando contractus est simulatus, & iuramentum est in eo præstitum: & quamquam de contractus simulatione constare possit, non tamen constat de simulatione iuramenti, & tunc inquit Abbas hunc casum satis dubium existimare, & pro decisione dicendum esse ad obseruationem talis contractus, iurantem non obligari. Et ratio est, quia præsumi non debet quod in continentis ob iuramenti interpositionem contractum subsistere voluerit, de quo vt non valeret actum erat, nisi ex intervallo iurasset, vt in simili dixit post Bart. supra in argumento. Quo vero ad ipsius contractus, vt appetat, obseruantiam: donec seruetur illud, quod tacite inter contrahentes actum fuit, putat in foro animæ intentioni ipsius iurantis standum esse, vt notat Innocent. in cap. veniens, extra de iureiuran. & facit text. in d. cap. significasti, extra de homicid. In foro autem contentiolo, in quo fit interpretatione secundum iuris dispositionem, & ex variis circumstantiis, vt notat Innocent. in d. cap. veniens, extra de iureiuran. & tunc inquit Abbas arbitrii iuramentum subsistere & obligare; propterea quod præsumendum est, vt iureiurando abuti voluerit, argum. text. in cap. estote, extra de reg. iur. tum etiam, quia iuramentum habet vim clausulæ, si non valet quod ago vt ago, valeat vt valere potest, vt supra late dictum fuit in conclusione predicta. & subdit ad hoc facere etiam illud, quod notat Cyn. in l. si ex cautione. C. de non num. pecun. vbi concludit iurantem non opponere exceptionem non numeratae pecuniae obligari, & si simplex renunciatio non subsistat: merito in proposito inquit Abbas, si iuramentum ad omnino modum obseruantiam non obligat contractus simulati ob conditionem.

Quintus casus est, quando simulatio est de uno contractu ad alium contractum, qui sine interitu salutis æternæ, vel animæ seruari non potest, vel est contra bonos mores, vt pura flagitatur contractus

simoniacus, vel aliquid simile concipitur, & iuratur, & tunc tali iuramento non obligatur, nec ad obseruantiam totius contractus, prout est conceptus, tenetur, & ratio est, quia ipsa obseruatio peccatum continet: Nam licet tunc iurando peccauerit, non tamen peccat contraveniendo, ut habetur 22. quest. 4. per totum. & facit text. in cap. fin. extra de pact.

Sextus & ultimus casus est, quando simulatio ex parte iurantis tantum intercessit, ut puta quia gerbat aliud in corde, aliud in ore, vel usus est verbis duplicibus callide iurando: & tunc intelligitur secundum intentionem iurantis: nam ita Deus illud recipere videtur, ut est text. in cap. quacunq; arte. 22. quest. 5. & §. ex his omnibus.

Verum redeundo ad propositam questionem & conclusionem, ut iuramentum actum & contractum simulatum non confirmet, tradit Riminald. sen. in consil. 407. nu. 28. vol. 3. & iterum in consil. 249. nu. 25. vol. 2. & si Ruin. in consil. 70. nu. 10. vol. 3. voluerit, iuramentum super contractu simulato appositorum obligare, quod tamen nec iuribus, nec rationibus probat, & limitat, si fauore tertii annullatur, licet de hoc etiam prout de precedenti dictum est, velit Imola auctoritate Bart. differentiam faciant interius canonicum & ciuile, & dicant de iure ciuili non ligare, ut notat gloss. singularis in d. l. emptione. C. plus valere, quod agitur. At de iure canonico seruandum esse, ut est text. in d. cap. cum contingat. Ioannes vero de Imola ad iuramenti formam se refert, & ideo inquit, quod si partes in instrumento exceptioni simulationis renunciatunt, & deinde iurant non contravenire, exceptionem simulationis obici non posse: & ratio est, quia tunc iure iurando contrafacerent, ut notat Bart. in d. l. fin. C. de non numer. pecun. Si vero ei exceptioni renunciatum non sit, & tunc animaduertendum esse: quia aut iuratur omnia in instrumenta contenta vera esse: & nulla ex parte facere, vel venire, & tunc pariter exceptioni simulationis obici non posse ob id, quod tunc contra iuramentum fieri quatenus est iuratum omnia in instrumento contento vera esse: Aut vero iuramentum simpliciter interpositum est, videlicet non contravenire, & tunc videatur iuramentum illud simplex ad partium intentionem ac voluntatem referendum esse, ut habetur in dicta l. fin. C. de non numer. pecun. & l. fin. ff. qui satisfare cogant. & cap. quemadmodum, extra de iure iurant. & sic sufficere videtur, si ei non contravias, quod vere gestum est, & ex consequenti de simulatione obici posse; & praesertim per ea, quae habentur in dicta l. fin. C. de non numer. pecun. Præterea hanc eandem conclusioem, quod iuramentum in actu simulato apposito illum non confirmet, nec conualidet, voluit Alexand. in dicta l. si donatione, num. 7. C. de collation. & sequitur Afflct. in cap. si quis obtulerit, num. 113. in tit. de feudo dato in vicem l. commissio. & Marsil. in consil. 125. num. 37. & Ias. in dicto §. fuerat, num. 87. In istis de action. inquiens iuramentum super actu simulato interpositum eum non conualidare, nec iurantem obligare: & ideo etiam voluit relaxationem necessariam non esse, & iterum idem voluit Ias. in dicta authentic. sacramenta puberum, num. 64. C. si aduers. vendit. & rursus Ias. in l. nemo potest. ff. de legat. 1. & iterum Ias. in l. si ex falsis, num. 2. C. de transact. vbi idem etiam verum esse arbitratur, vbi falsitas aliqua interuenit. Præterea

quod iuramentum super contractu simulato actum non conualidet, nec obliget, tradit iterum Marsil. in singul. 327. qui pariter concludit, solutionem necessariam non esse: id quod voluit etiam Thomas Grammat. in decif. 76. num. 16. 17. & 21. de renunciatione loquens, & inquit earn quoque non minus ac contractum ipsum vitiare, per text. in l. dol. vero. ff. de nouation. & praesertim cum dolo futuro renunciari minime possit: & ita consulendo inquit tenuisse Bart. in consil. 9. in fin. versic. quarto insurgit dubium, & l. fin. §. idem quasit. ff. de condition. indebit. per quem ipse subdit huiusmodi notariorum renunciations parum operari. Vnde subdit Thomas Grammaticus, quod licet fortasse posset de hac Bart. opinione dubitari, stante non levii opinio-num ipsarum varietate: attamen obiectio in illis locum habere potest, in quibus fragilitas non at-tenditur, sed vbi obligatio ex fragilitate annulla-tur, ut sunt illæ mulierum & minorum, hanc dubi-lationem locum non habere, propterea quod ea-dem ratio est illius qui renunciat, quæ est illius qui simpliciter contrahit, ut est text. in l. si iudex circum-uento. ff. de minor. propterea quod renuncians hanc suam fragilitatem amouere & tollere non potest, ut dixit Aret. in l. si quis cum aliter. ff. de verborum obli-obligat. quem ibi refert & sequitur Ias. & Calcan. late. in consil. 25. Pariter etiam iuramentum non obstat dicendum est, cum ultra intentionem iurantis extendi non debeat: & num. 21. inquit stante simula-tione contractus iuramentum in eo appositum nullum esse, ut supra late diximus in ea conclusione. Et Grammat. quoque eodem in loco subdit, in tali ca-su necessariam non esse solutionem à iuramen-to. Item hac de re inquit Corn. in consil. 258. num. 12. vol. 4. iuramentum contractu simulatum non con-firmare, ut voluit etiam Iacob. Butrig. in d. l. emptione, col. 3. C. plus valere, quod agit. Præterea pro clario-re huius materiae declaratione omissendum non est, quod dixit Imola in cap. ex parte tua, num. 4. ex tra-decler. non resid. ut scilicet iusurandum non solum in casu vero, sed etiam in ficto locum habeat: & ideo inquit in eo casu plus iuris obtainere iuramentum, quæ statutum, cum statutū in eo casu, seu actu ficto locū non habeat. l. 3. 9. bac verba. ff. de neg. ges. Vnde est quod absens legitima de causa ad utilitatem Ecclesiae vel dignitatis vel particularis beneficii residere singatur, ad hoc ut fructus & redditus beneficio-rum in ipsa absentia percipere possit. Ad illud ta-men animaduertendum est, t̄ quod etiam statutū quoctūq; in casu ficto verificatur, ut habetur in c. cū dilectus, extra de cler. non resid. & in c. ad audientiam. eo. tit. Quod autem iusurandum in casu ficto locū ha-beat, tradit etiam Abb. in c. ex parte, num. 3. extra de cler. non resid. sed ideo ibi dicitur id verum esse, quia ibi clericus iurauerat residere: attamen dicitur non mi-nus seruare iusurandum, si absit pro negotiis Ecclæsiae: quia censeri debet tunc residere, licet id videatur contra tex. in d. c. ad nostram, il. n. extra de iu-reiur. vbi secundum communem lectionem habetur iusurandum in forma specifica verificari debere: nō autem in casu ficto, ut ibi latius per eum. De hoc autem nos supra late diximus, & etiam infra dicetur. Vnde iterum Ias. in consil. 36. num. 3. vol. 1. inquit alienationē simulatam & fictam proposita nullam esse, ut iuramentum in ea interpositum ipsam conualidare non possit, ut ibidem ipse latius prosequitur.

Cap.

# De Executionibus, Tractatus. §. 9. 907

C A P. CCCXXX.

A R G V M E N T U M.

Iuramentum an validet actum non obstante lassione enormissima.

S V M M A R I A.

- 1 Iuramentum non conualidat illam actum vel contractum, qui continent enormissimam lesionem.
- 2 Scienti & consentienti dolus, vel iniuria non sit.
- 3 Iuramentum appositum in contractu, ubi quis gravissime luditur, tres comites requisitos habere non dicitur.
- \* Lassio enormissima à iuramento & renunciationibus excepta.
- 5 Dolus à quocunque iuramento excipitur.
- 6 Iuramentum non petendi restitutionem aduersus enormousam lesionem, inducit contractus usurarii presumptionem.
- 7 Iurans contractum venditionis, an si legatur ultra dimidiā, ad pretium tantummodo agere possit.
- 8 Iuramentum non firmat actum, quem lex, vel statutum pro suspecto habet de fraude.

P Reterea prosequendo ea, quæ proposita sunt, omittendum non est, tamen iuramentum non confirmare actum vel contractum à iure reprobatum, ex eo quod enormissimam lesionem contineat, ut inquit Durans in tract. de arte testan. in tit. 11. de acquir. vel repud. hered. dum inquit, quod post factam remissionem, ex qua mulier enormiter lata sit, aduersus tale iuramentum remedium esse, ut in primis petat absolutionem à iuramento, quæ plane concedenda est, ne iuramentum iniquitatis vinculum sit. c. & si Christus, & c quanto. extra de iure iur. & tradit glos. in auth. quod eis. C. de nupt. & Doct. in c. cum contingat. extra de iure iur. & Paul. Castren. in consil. 175. contra superius, volum. 1. cum iis quæ deduxit Alex. in consil. 213. visis, volum. 7. & Curt. in consil. 44. super contingentia. in si. ex enormi namque & evidenti lassione dolus presumitur, etiam quod cessio patri facta esset. l. superflite. C. de dolo cum iis, quæ refert Sotin. in d. consil. 263. colum. 1. cum sequen. subdit tamen ibidem adnotandum esse: quod si in instrumento dicatur, quod mulier hereditatis estimationem & vim sciens sponte & ex certa scientia cessit, &c. mulierem contra pactum vti deceptam facere nō posse, tamen id quod scienti & consentienti dolus vel iniuria non sit. l. cum donationis. C. de transact. & ita tenet Alex. in l. stipulatio hoc modo concepta. colum. 3. per ea quæ notauit Bart. in l. 2. C. de resind. venditio. & præsertim si iurauerit non contravenire ob enormissimam lesionem, ut dixit Butrius in d. cap. cum contingat. & Alexan. in d. l. stipulatio hoc modo concepta, propteræa quod in eo casu nec etiam minori subueniendum est per relaxationem à iuramento, prout communiter teneri ait Curt. in d. consil. 43. colum. penult. Quam quidem sententiam amplecti debemus, quando non subsunt verisimiles conjecturæ, quod mulier sponte donare voluerit, prout communis est conclusio, ut patet ex iis, quæ retulit Dec. in consil. 379. requisitus, in si. vt ibi latius per cūm. Vnde quæsumus fuit in decis. 41. num. 1. Pedemontana, an non obstante iuramento remedium ex capite enormissima lesionis competere possit, vel saltem ex capite d. l. 2. Et quo ad enormissimam lesionem, quod

quidè à multis tractatur, satis esse visum fuisse hanc crebriorem sententiam referre, quæ determinat huiusmodi remedium competere posse iure iurando non obstante, & renunciationibus illis sub eo iuramento omnia contenta in instrumento vera esse, & ea obseruare velle, nec vlo modo contravenire velle renunciando dispositioni c. l. 2. & omni legum auxilium. Mouentur autem prædicti Domini de Rota in ea Decisione, ex eo tamen quando iuramentum est appositum super contractu, in quo quis gravissime luditur, non dicitur habere comites requisitos, vt puta veritatem, iudicium & iustitiam. c. animaduertendum. 22. q. 2. & c. & si Christus, extra de iure iur. cum similib. Deficit enim veritas ob dolu partis, & iudicium id est discretio iurantis, ac etiam iustitia eius, quod iuratur propter enormissimam lesionem. ergo non obligat, & ideo contraveniri potest, non obstante iuramento, eriam si promiserit non contravenire, ac vt supra renunciauerit, cum eiusmodi tamen enormissima lassio à iuramento & renunciationibus ipisis excepta reheatut, ut dixit Decius in consil. 31. num. 2. & in consil. 38. & in consil. 139. & in consil. 176. & in consil. 80. & in consil. 181. & in consil. 183. & in consil. 203. & in consil. 216. & in consil. 479. col. fin. & in consil. 551. col. 2. post Antonium de Butrio in c. 1. artic. 2. extra de constit. & Federic. de Senis. Calder. & Butr. ab eo relatos, & Guido Papa in quæst. 519. & Curt. iun. in consil. 44. num. 8. & Cassiadio in decisio. unica de empio. & vendit. & Ias. in consil. 133. num. 8. versic. item paria. & num. 9. & col. antepenul. vol. 4. & Bened. et. Capra in suis regul. c. 87. num. 126. & sequen. & Didac. Couar. c. 4. num. 5. varia. resolutio. vbi refert & sequitur Cassiadio, qui dicit ita Romæ iudicatum, & in Regno Granatæ si pretorio, & in 3. parte electionum c. quamvis. §. quartus, num. 3. & 5. de pact. lib. 6. & Afflct. in decis. 80. num. 5. 6. & 7. & Cagnol. in repetitio l. 2. num. 98. C. de resind. vendit. concludens post multos ibidem relatos, absolucionem à iuramento necessariam non esse, id quod volunt etiam Neuizan. in consil. 21. num. 5. & 15. versic. secundo potest responderi, multos alios referens idem reentes, & eam defendit in consil. 22. num. 18. & multis aliis sequentib. & ibi contrariis. & Socin. iunior in consil. 98. num. 20. 25. & sequentib. volum. 2. & tradit etiam Alciat. in c. cum contingat. num. 77. versic. quarto insertur, num. 85. in fine, & sequentib. & Alba. in consil. 81. nu. 90. & quinque sequen. quamplures ad hoc referens. & Thom. Grammat. in decis. 76. num. 12. & sequen. & Baptista & Villalobos in suis communibus conclusionib. in verbo, iuramentum. num. 137. & sequentibus. ex quibus omnibus manifeste appetet hanc crebriorem esse opinionem & magis communem. Ratio autem ( vt prædicti inquiunt) duplex est. Prima, quia iurans in tam enormi lesionem consentire non præsumitur. Et hanc rationem refert Didacus post alios, in d. §. 4. num. 5.

Secunda vero est, quia tamen à quocunque iuramento dolus excipitur. d. c. quamvis. de pact. lib. 6. & quo ad rescissionem contractus à quiparantur, prout magis communis est sententia, dolus re ipsa & dolus ex proposito, ut concludunt supra relati Doct. Quibus addiuit Cagnolus in d. l. 2. n. 81. & Aquens. de feud. in ti. qui feud. dare poss. col. 3. in 4. ampliat. & ibidem latius habetur. & ideo dixit Dom. a S. Gem. iuramentum de non petendo restitutione ratione lesionis & contractus usurarii præsumptione inducere. Vn. & de quæsiuit etiam ipse Didacus tan ille qui iuramentum

positum in instrumento venditionis, tantummodo ad primum agere possit, vel contractum rescindere, si sit deceptus vltra dimidium iusti precii. Vnde dixit Crot. ut supra etiam retulimus, in l. nemo potest, § num. 40 ff. de leg. 1. si iuramentum actum vel contra-  
ctum non firmare, quos lex, vel statuta pro suspectis habent. Hanc præterea conclusionem sequitur Portius Imola in consil. 101. num. 33, inquit eam maiorum autoritate probari: qui & legendo & ex facto respondendo hanc sententiam verissimam esse censuerunt, & casum enormis lesionis à canonis ipsius dispositione exceptum intelligi, vt omnes tradunt, & præsertim Burr. in d. c. cum contingat, versic. octauus casus, post alios quos adduxit, & Abb. & alii recentiores, & Anch. in d. c. canonum statuta, vers. ego quoque consuli, extra de constit. & in c. accessorium, nu. 16. de reg. iur. in 6. & Dec. in c. in presentia, n. 28. Vbi etiam Aug. Berou, n. 181, qui plures etiam alios referunt, qui hanc conclusionem prosequendo turantur, extra de probat. & Cald. in consil. 8. Due pueræ, in tit. de iure iurani. & Burr. id consil. 45. rigor. & Anch. in consil. 39. pro clariori. & in consil. 82. vijs. & in consil. 180. visa, & in consil. 341. & in consil. 376. & Fulgoz. in consil. 237. finis, & Abb. in consil. 8. tria, num. 6. & in consil. 107. num. 7. in princ. & Aret. in consil. 95. viso. & Corne. in consil. 6. in princ. & in consil. 11. & in consil. 124. & in consil. 188. volum. 3. & Decius in consil. 180. & in consil. 181. num. 7. & in consil. 551. num. 3. & GoZad. in consil. 9. num. 64. & Curt. iunior in consil. 141. & Paris. in consil. 1. num. 107. & in consil. 218. & in consil. 97. & in consil. 98. volum. 1. & Socin. iunior in consil. 98. num. 6. volum. 2. & Ripa in consil. 15. num. 9. & 10. & Alba in consil. 81. num. 51. & in consil. 82. & pro hac opinione plures extant decisiones, vt inquit Affiliatus in decis. 12. & in decis. 222. & in decis. 267. Cappel. Tholosana. Vbi & Aufrierius in additione tradit. & Casfiado. in decis. 1. de empt. & vendit. ex quib. omnibus inquit Portius satis aperte apparere ab hac sententia uti crebrioribus calculis recepta, nullo pacto recedendum esse, vt est text. in l. 1. ibi, & sane crebrior, vbi Bar. & Alberi. ff. de offic. quæst. & c. ne innit aris, extra de constitut. vbi omnes tradunt, & in cap. Cappellanus, vbi Burr. & Abb. num. 3. extra de feri. cum alius multis, que deducit Dec. in consil. 415. Præterea hanc eandem conclusionem sequitur Menoch in consil. 24. numero 5. & Rolan à Valle in consil. 7. num. 43. volum. 3, qui ex eo mouetur, quod tunc re ipsa vere dolus est ob id quod lex ita præsumit, & ideo iuramentum ob ipsam dolii præsumptionem non obest, vt dixit Ancharan. in cap. 1. quæst. 11. extra de constitut. & Corne. in consil. 11. colum. 5. volum. 3. & in consil. 72. colum. 3. & in consil. 124. colum. 1. & 2. eodem vol. & Cuman. in consil. 180. & Barbat. in consil. 55. colum. fi. volum. 1. & Paris. in consil. 89. colum. penult. in fi. volum. 1. & Crauet. in consil. 192. colum. 2. & in consil. 99. num. 20. in eodem volum. Ratio autem est: quia vbi est enormis laesio, dolus re ipsa interuenire dicitur. Lomnes §. Lucius. ff. quæ in fraud. credit. qui quidem, vt supra diximus, dolus ex proposito comparatur, vt dixit Decius in consil. 180. colum. 3. & 4. vbi inquit hanc esse communem opinionem, & ideo iuramentum, mulierem & rusticum non obligare, quibus plurimum ob personæ qualitatem iuri subuenire conantur. Quod sane cum ratione factum videtur, vt dixit Corn. in consil. 189. colum. 1. volum. 1. à minori plane aetate facilime dolus arguitur & præsumitur, vbi laesio est evidens. I. superfite. C. de dolo. ibi, laesia est immodice. Et hanc

communem esse opinionem asserit Decius in consil. 180. col. 4. vbi inquit ab ea in iudicando recendum non esse, nec consilendo, & etiam in consil. 349. num. 7. & in consil. 379. colum. fin. & in consil. 403. num. 21. & Socin. in consil. 47. num. 43. volum. 3. & Socin. iunior in consil. 84. num. 24. volum. 1. & num. 27. & in consil. 53. per totum. & in consil. 77. nu. 132. & in consil. 144. num. 21. in eod. vol. & in consil. 47. colum. fin. in princip. volum. 3. & Ripa in responso 15. colum. 4. versu. sexto facit. in 3. parte. & Socin. iunior in consil. 53. num. 1. volum. 1. Præterea, quod iuramentum non repugnet stante enormissima laesione, vel enormi, ac etiam doli præsumptione, voluit Alba. in consil. 89. num. 6. & Paris. in consil. 12. num. 65. volum. 2. & iterum Paris. in consil. 12. num. 70. cum sequentib. volum. 1. vbi id etiam inquit locum habere non solum, si interueniat enormissima laesio, sed etiam enormis, propterea quod stante ea tex. in d. c. quamvis. de pact. in 6. locum non habet, cum similibus vt dixit Petr. de Anch. in c. accessorium. de reg. iur. in 6. in versic. pro declaratione predicatorum. & in consil. 38. pro clariori declaratione. & latius ibi tradit Paris. & rursus idem Paris. in consil. 20. num. 105. eodem vol. 1. Præterea, quod iuramentum non obliget, quando interuenit enormissima laesio, tradit iterum Paris. in consil. 75. num. 19. volum. 3. arguendo à dolo ex proposito ad dolum re ipsa, ex quo dolus re ipsa, dolo ex proposito, & equiparatur, vt habetur in l. si quis cum altero ff. de verb. oblig. & in l. 2. ff. de except. doli. & tradit Anch. in consil. 82. vissi diligenter, col. fin. & in consil. 331. vissi facti narratione. & in d. c. canonum statuta, in 11. quæst. princ. & tradit Burrinus in d. c. cum contingat, extra de iure iurani. inquit quod vbi est enormis, nedum enormissima laesio, iuramentum non obligare, vt dixit Imola in consil. 81. num. 2. & Cassa. in consil. 60. num. 17. cum sequen. loquendo de divisione inter fratres facta, inquit renunciationem de qua ibi, nullam esse, ob id quod ex ipso contrario constabat tam ex proposito quam re ipsa dolum interuenisse ob illam excessuam laesionem, cum esset in totu de tota successione, pro qua nihil haberat. & quod laesio valde enormis contractu nullum reddat, ita vt rescripto Principis opus non sit, late ibidem ipse prosequitur. Hanc præterea opinionem, quod stante enormissima laesione iuramentum non obliget, firmavit etiam Alciat. in d. consil. 97. n. 2. & 7. & loquitur de puella renunciante, & inquit magis communem opinionem eam esse, & vult quod propter enormissimam laesionem renunciatione etiam iuramento vallata non teneat nec obliget: Nam cum quis dolo decipitur, certum est iuramentum non tenere: nec suam fraudem ei, qui illud recipit professe, vt latius ibidem prosequitur Alciat. & nos supra firmavimus. Vnde idem quoque dicendum esse arbitratur, si enormis laesio resultet, cum vt diximus, & equiparatur dolus ex proposito, & dolus re ipsa. Eandem conclusionem firmavit Corn. in d. consil. 189. num. 15. & 22. vol. 1. vbi inquit, iuramentum ad enormem laesionem non trahatur, prout est illa, quæ diuidit iusti precii excedit. Et Corn. iterum in consil. 167. n. 12. vol. 2. qui loquitur de valde enormi laesione. & iterum idem Corn. in consil. 258. n. 4. & 12. vol. 4. & quod iuramentum ad enormem laesionem non trahatur, dixit Socin. iunior. in consil. 47. n. 41. vol. 3. & subdit eam opinionem Rub. Alexand. in consil. 81. plura dubia, col. penult. sub num. 8. & Stephan. Bertran. in consil. 236. multa sunt, col. 5. in princ. vol. 1. & in consil.

# De Executionibus, Tractatus. §. 9. 909

*in cons. 177. ex processu causa, num. 6. & 7. vol. 2.* Præterea hanc conclusionem, quod iuramentum non comprehendat enormem lœsionem, tenuit etiam Felin. *in d.c. presentia, colum. 5. vers. adde primum, extra de probatio.* & Curt. iun. *in d. cons. 141. habita diligentia, col. 4. sub num. 16.* & Socin. sen. *in cons. 263.* & iterum voluit Socin. iun. *in cons. 50. num. 5. in eod. vol. 3.* vbi etiam inquit, dolum ex proposito, & dolum re ipsa, æquiparari. & idem ait voluisse Bart. Cæpol. *in cons. 19. in valle Lendei, col. 5. nu. 13. inter ciuilia.* vbi etiam inquit paria esse dolum probari, vel quod quis lœsus reperiatur, vel in totum damnum passus, aut in maiori parte, prout etiam voluit Fabian. *de Monte in 3. q. 8. quæst. princ. in tract. de emptio.* & vendit. & idem voluit Socin. iun. *in cons. 67. num. 2. vol. 2.* & iterum idem Socin. iun. *in cons. 77. num. 132. vol. 1.* dum inquit, quod si accidat, quempiam enormiter lœdi, & presertim si sit minor, iuramenti vires impediri, vt puta ex tali lœsione re saltem ipsa dolus interuenisse dicatur, vt dixit Feder. *de Senis in cons. 199. queritur an domina Margarita,* & alii quibus idem ipse adharet. Item hanc conclusionem, quod stante enormissima lœsione iuramentum non obliget, tradit etiam Io. de Ana. *in cons. 56. num. 6.* & loquitur de reductione laudi ad arbitrium boni viri: & ideo *ibid. num. 5.* inquit, quod licet antiquitus etiam diu & valde dubitatum fuerit, an possit reductionis pacto renunciari, vt per Dyn. *in c. scienti, de reg. iur. lib. 6.* & voluit Bar. *in l. 1. §. si quis ante ff. quib. appell. non lic.* & iterum tradit Bar. *in l. quidam cum filium,* & in l. qui Roma. §. duo fratres. vbi etiam tradit Ang. ff. de verb. oblig. & Guliel. de Cun. *in l. si seruus. S. illud. ff. de past.* & Cyn. & lac de Butrig. & Bal. & alii recentiores Scribentes in l. cum ante. C. de arbit. & in d. auth. sacramenta puberum. C. si aduers. vend. & Io. Cald. *in sua disputat. quam reassumpit Io. Andr. in addit. ad Spec. in tit. de arbit. §. fin.* & incidit illa additio, *adoppius meus. &c.* & Federic. *de Sen. in cons. 125.* & in cons. 141. & late tradunt Scribentes antiqui & recentiores in c. Quintauallis, & in c. cum contingat, extra de iureiuran. Præterea animaduertendum est, quatenus Berous *in cons. 22. num. 67. & 68. vol. 2.* sibi ipsi contradicens, vt paulo infra in contraria conclusione apparebit, eis que paulo infra dicetur ex iis contradicere, n. 66. quod etiam in maiore enormissima lœsio iuramentum impedit, vt dixit Abb. *in d.c. cum contingat, post Butrium & plures alios, quos ipse refert, col. 14.* dum inquit, hanc conclusionem esse veriorem & æquiorum: & id voluit Bal. quem sequuntur Castr. *in l. padum, q. 1. C. de collat.* & ita post Anch. *in d.c. canonum statuta, in 11. quæst. prin. extra de constit.* & expresse tenuit Alex. *in l. stipulatio hoc modo concepta, in 3. limit. ff. de verb. oblig.* dum vult, minorem cum effectu proprio iureiurando non ligari: & ideo inquit perita absolutione contrauenire posse. sibi autem ex eo contradicit, n. 67. quod tex. *in d. auth. sacramenta puberū, & in d.c. cum contingat,* & in d.c. licet, & in d.c. quæuis, doli casum excipiant. & ideo inferri, vt si iurans sit enormiter lœsus, præterea quod saltem re ipsa dolo deceptus dicitur: & ex prædictis infert enormiter lœsum non obstante iuramento ei contrauenire posse, etiam si compromitterentes per verba satis repugnantia laudo stare, & illi non contrauenire iurauerint. Et ideo rursus idem Aug. Bero. *in cons. 39. u. 17. in eod. vol. 2.* eandem firmavit conclusionem, vt iuramentum non obliget stante enormissima lœsione: id quod dixit etiam in maiore locum habere,

ex quo dolus ex proposito, & dolus re ipsa, æquiparantur. Præterea quod iuramentum non obliget, nec seruandum sit, vbi est enormis lœsio, licet non enormissima, voluit Io. Maria. Riminal. senior *in d. cons. 222. nu. 3. vol. 2.* & idem Riminal. *in cons. 102. nu. 55. vol. 1.* & iterum *in cons. 249. num. 23. 24. & 25. cum seq. vol. 2.* item eandem conclusionem, quod iuramentum non obstat stante enormissima lœsione, tradit Cephal. *in cons. 210. num. 87. & 88. vol. 2.* Item hanc eandem conclusionem sequitur Franciscus Turzanius *in tract. suarum commun. opinio. conclus. 159. num. 2. & 3.* vbi expresse vult, huiusmodi iuriurandum minorem non obligare, vel mulierem vel rusticum enormiter lœsos, propterea quod ex tali enormi & enormissima lœsione dolus ex proposito etiam arguatur, & paria sint quod adsint dolus ex proposito, vel re ipsa, vt ibidem latius ipse prosequitur, id quod procedit etiam ut ipse arbitratur, si simpliciter iuretur non contrauenire. Præterea quod stante etiam enormi lœsione iuramentum non obliget, firmavit Portius *in d. cons. 19. num. 47.* & Neuza. *in d. consil. 12. num. 5.* vbi late ipse prosequitur. Contrariam vero opinionem, quod immo iuramentum locum habeat, tenuit Alexan. *consil. 125. num. 9. versic. non obstat, quod dolus, volum. 1.* cum videatur approbare contrariam opinionem, quam firmavit in eodem consil. *num. 1.* & inquit, dolum ex proposito, & dolum re ipsa, in omnibus non æquiparari, cum pro dolo ex proposito in contractu stricti iuris actio detur de dolo: At vbi est dolus re ipsa, sola exceptio datur. d.l. si quis cum aliter, cum ibi notatis. ff. de verborum obligatio. Ergo? Et ideo Imiola *in d. cap. Quintauallis, charta penult. extra de iureiuran.* inquit, quod tex. *in d. cap. quamvis, & in d. cap. cum contingat, in verbo, dolo, de dolo ex proposito intelligitur, non autem re ipsa: alioquin illa iura verbis imposita dicendum esse, non autem rebus, si ob lœsionem re ipsa absolutio à iuramento peti possit, quod quidem dicendum non est.* l. 2. in fi. C. commun. de legat. & cap. commissa, de electio. lib. 6. vt ibi latius per eum, qui concludit, communem opinionem esse videri, vt ibi interuenerit iuramentum, nec apparent dolus, fides, vel gratia arbitratoris, nec lœsio sit enormissima aut maxima, posito etiam quod non fuerit parua vel magna, enormis vel enormior: dum tamen, vt diximus, non sit enormissima, vtputa si sit de tanto, reductio peti non possit, & renuntiatio subsistat, vt voluit Angel. *in sua disputatione, quæ incipit, duo litigantes.* & Anch. *in quæst. sua, quæ incipit, cum clericis,* & ita inquit esse communem opinionem, à qua in consulendo & iudicando nullo modo recedendum est, vt inquit Butr. *in l. vnic.* C. quæ pro sua iurisdictio. & tradit Bart. *in l. fina.* C. de pœn. iudic. & Ioan. Andr. *in cap. 1.* & cap. ne innitaris, extra de constit. & in clem. ne Romani, extra de electio. Præterea hanc conclusionem, quod iuramentum non substeat actu, in quo est enormis lœsio, tenuit Curt. iun. *in consil. 53. num. 10.* vbi in primis eos referens, qui contrariam opinionem tenuerunt, vt iuriurandum enormen & enormissimam lœsionem tollat & obliget: tandem concludendo inquit, quod licet *in d.c. quamvis,* ponatur species, quando iuramentum dolose interponitur, & intelligatur de dolo ex proposito, non autem de dolo re ipsa subdit tamen eam, quod iuramentum non tollat enormem & enormissimam lœsionem, esse magis communem opinio.

opinionem, prout etiam dixit Alexan. in consil. 53. *vrisis, colum. 3. vol. 3.* vbi eam latissime prosequitur, & eandem conclusionem etiam sequutum esse inquit Curt. senior. in consil. 43. super contingentia. & ideo subdit idem Curt. iun. semper existimasse, ac etiam tunc existimare, prædictam esse veriorem & magis communem opinionem, vt scilicet iusurandum enormissimam lesionem non tollat, & ex consequenti, d.c. quamvis, in enormissima lesione locū non habeat. Pro qua, quicquid alii dixerint, subdit ipse esse tex. ineuitabilem in d.c. quamvis, dum renunciationem dolosam excludit ab enormissima lesionē emanantem, vt concludunt omnes in d.l. si quis cum aliter. ff. de verb. oblig. & ibidem latius Curt. ipse prosequitur. Præterea hanc conclusionem sequitur August. Berous in consil. 49. num. 9. vol. 1. vbi eam limitat in fœmina maiore annorum 18. cum ibi, vt Pisis extaret statutum vel Florentia, & de renunciatione loquitur. Idem quoque tenuit August. Berous iterum in consil. 50. num. 2. cum sequentibus, volum. 1. item de renunciatione loquens à muliere facta, & in primis inquit iuramentum iurantem non obligare, deinde vero, num. 25. tenet contrarium in muliere maiore & congrue dotata, & vult mulierem ætatis legitimam & competenter dotatam suo iuramento prætextu enormissimam lesionis contrafacerere non posse, per ea quæ habentur in l. cum post. §. gener. ff. de iure dori. & in l. si filia. ff. de lega. 3. Præsupponitur enim in eo casu, vt filia competenter dota ta esset, & fortasse ultra illud quod loci consuetudo, conditio personarum, facultates & numerus filiorum exposcerent: & ideo concludit, contrariam opinionem in filia minore locum habere. & subdit Dd. qui hanc cōclusionem sequuntur, potissimum moueri per tex. in d.c. quamvis, vbi Domin. à sancto Geminiano, Anch. Arch. Io. Andr. & alii recentiores expresse tenent, ac etiam Domini de Rota in decisio. 850. in antiquis. & Ang. in l. si quis pro eo, vers. item adde. ff. de fideiuss. & Bart. in l. stipulatio hoc modo concepta, colum. 2. ff. de verb. oblig. per tex. in d.c. quamvis, & in e. licet, de iure iuran. in 6. & Alex. in consil. 211. visa facili narratione, colum. 2. volum. 2. & in consil. 69. viso instrumento, volum. 1. & in consil. 39. viso statuto, volum. 4. & in consil. 42. super præmisso, colum. penult. in vlt. verbis, vol. 1. qui facit differentiam inter maiorem & minorem, & ita substinet dictum ipsius Petri de Anchar. substineri. Idem Alexand. in d. consil. 53. colum. 7. cum sequenti. volum. 3. & Curt. senior in consil. 43. super tali contingentia. & Paul. Castren. in consil. 216. præsupposito sine preiudicio, colum. 2. & in consil. 416. vi. se punito, colum. 1. volum. 1. qui in terminis filiae maioris loquitur, quæ ob dotis receptionem bonis maternis & paternis cum iuramento renunciauit. & pro hac parte inquit consuluisse etiam in consil. 418. vbi optime loquitur. & Paul. Castren. & recentiores repetentes in d. auth. sacramenta puberum, & Imola in d.c. cum contingat, & in cap. si vero, extra de iure iuran. & in cap. venerabilem, extra de elect. & Roman. in consil. 438. in casu proposito. in fi. & Alex. in consil. supra relato, & præcipue in d. consil. 42. volum. 1. dum inquit, quod licet text. in d. cap. quamvis, casum excipiat, in quo filia dolo vel metu inducitur, intelligendum tamen esse de vero dolo & ex proposito, non autem de præsumpto, qui à deceptione vel lesionē re ipsa descédit ac prouenit: quandoquidem talis do lus non proprie & vere dolus dicitur l. 1. §. dolum. ff.

de dolo, vt ibi latius per eum. Et si plures ex supra relativis contrarium teneant, intelligendo. d. c. quamvis, etiam de dolo re ipsa per enormem vel enormissimam lesionem, vt dixit Curt. iunior in loco paulo ante relato, & ideo ad hoc diligenter animaduer tendum est.

Hæc autem conclusio, vt stante enormissima lesionē iusurandum iurantem non liget, limitatur, vt inquit idem Augustinus Berous in consil. 50. num. 34. 35. & 36. vol. 1. vbi cuncte in renunciatione mulierum, quæ fieret patri, iudicis præsentia interueniat ac consanguineorum, paternaue affectio, quæ quidem omnē doli, vis & metus præsumptionem tollit. l. in transactione, vbi Bart. & alii omnes. C. de transact. & est, vt ipse arbitratur, optimus tex. in l. 1. §. qua oneranda, cum ibi notatus à Bar. ff. quar. rer. actio. non dat. & Innoc. & alii in c. causa matrimonii, extra de offic. delega. & Bart. in l. ad inuidiam, per illum tex. & in l. si per impressionem. ff. quod met. cauf. & in l. fin. verific. item quoero. ff. si quis aliquem testari prohib. Item etiam ex d.l. in transactione, colligitur, quare fit, vt per locorum statuta in contractibus minorum & mulierum sape inducatur, vt iudex & consanguinei seu tales interesse debeant. Ea enim ratione id introductum est, vt doli ac metus præsumptio cessare videatur: quæ sane allegari posset, vt habetur in l. 1. & ibidem Bart. C. de præd. curial. lib. 10. & Salic. Castren. & Iaf. in l. pacta nouissima. C. de pact. & tradit. Alexand. in consil. 80. vol. 5. vbi plura deducit, & Bal. in tract. scisma. quem posuit sub rub. C. si quis aliquem testa. prohib.

### C A P. CCCXXXI.

#### Argumentum est in Summariis.

##### S V M M A R I A.

- 1 Iuramentum ob nimiam reuerentiam non obligat.
- 2 Metus à reuerentia proueniens non præsumitur, nisi mina procedant.

**C**onclusions supra firmatae ampliantur etiam & procedunt, † vbi cuncte quis ob nimiam reuerentiam ad renunciandum vel auctum, aut contractum quempiam faciendum, inducitur, vt dixit Corne. in consil. 258. num. 11. volum. 4. quandoquidem tunè ob nimiam reuerentiam iuramentum relaxatur & iuranti efficaciter non obest, argumento l. 2. §. qua oneranda. ff. quar. rer. actio non dat. & l. fina. C. de furt. secundum Bal. in l. pactum, quod dotali, in 1. quæficio. subdit tamen Corneus, quod melius adduxisset tex. in l. eo autem tempore. ff. soluto matrim. & in l. si patre cogente. ff. de ritu nuptia. & illud, quod late notat Bart. in l. interpositas. C. de transactione. & Bal. in l. fideiuss. §. pater Sei. ff. de pigno. Præterea hanc conclusionem sequitur Ruin. in consil. 140. num. 11. volum. 4. vbi de renunciatione loquitur ei facta, à quo regitur, & eius bona administrantur, & erga quem verosimiliter reuerentiam habebat, vt sape inquit consultum vidisse ab excellentissimis viris, & præsertim à Socino, Felino, & aliis huiusmodi, iuramentum eis relaxandum esse, prout dixit etiam Petr. de Anchar. in pluribus consiliis, & præsertim in consil. 180. visis diligenter, &c. & in consil. 331. visa presenti narratione. & in consil. 441. visa copia. & in consil. 366. in predicta quietatione, & in consil. 383. retento ordine dubiorum, & Butrius in consil. 45. Domina honorabilis, &c. & Calder. in consil. 8. duapuella, in tit. de iure iuran. & Federic. de Senis in consil.